67 Διὰ πρὸ, per totum, omnino, prorsus, penitus.

Κύστις, ιος, ἡ, vesica, venter usque ad femora; *à* κεύθω, occulto; *vesica urinam accipit, et occultat; vel à* κύω, pario; *quia urinam parit; vel, à* χύω, fundo.

68 Γνὺξ, genu flexo, super genua; *quasi* γονὺξ, *adverb. à* γόνυ, νος, *vel* ατος, τὸ, genu; α. 406.

Ἔπεφνε, interfecit, 3. *sing. imperf. verbi* πέφνω, *idem quod* φένω.

70 Πύκα, dense; *aliquando etiam,* prudenter, accuratè, *ut hìc; hinc* πυκνὸς, ἡ, ὸν, densus.

73 Ἰνίον, ου, τὸ, nervus cervicis, posterior colli pars; *unde* ἶνες, nervi enascuntur, occipitium; *ab* ις, νὸς, ἡ, nervus, vis.

75 Ψυχρὸς, ρὰ, ρὸν, *per syncop. factum ex* ψυχηρὸς, frigidus, gelidus; *à* ψύχω, frigefacio.

78 Ἐτέτυκτο, 3. *sing. plusq. perf. pass. verbi* τεύχω, *tanquam ex* τύχω, *usurpatur tantummodo à poëtis; est secunda persona* ἐτέτυξο, μ. 164. *ex primâ* ἐτετύγμην.

80 Μεταδρομάδην, cursim currendo; *à* μεταδρομὴ, ῆς, ἡ, transcursus; *hoc autem à* μετατρέχω, transcurro; *cujus aor.* 2. ἔδραμον, *præt. med.* δέδρομα.

81 Ἀποξέω, *fut.* έσω, abrado, abscindo, *ex* ἀπὸ, *et* ξέω, *hìc per tmesin.*

83 Κραταιὸς, ὰ, ὸν, durus, fortis, vehemens; *à* κράτος, εος, τὸ, robur; *idem* κρατερὸς, ρὰ, ρὸν, α. 25.

87 Ἀμπέδιον, per campum, *poët. adverb. pro* ἀνὰ πέδιον· πεδίον, ου, τὸ, campus; *à* πέδον, ου, τὸ, solum, terra: *eodem modo* καππεδίον, *poët. pro* κατὰ πεδίον, ζ. 201.

Πλήθω, *fut.* σω, inundo, *cùm de fluviis et mari dicitur.*

89 Ἰσχανόωσιν, *poët. pro* ἰσχανῶσιν, *ex* ἰσχανάουσιν, reprimunt, coërcent. 3. *plur. præs. ut et Odyss.* θ. 288. ἰσχανόων, *pro* ῶν· *et* ἰσχανόωσαν, ψ. 300. *ubi significat,* cupidus: μέγα δρόμου ἰσχανόωσαν, cursûs valde cupidam: ἰσχανάω, detineo, inhibeo, comprimo: *ab* ἴσχω, *quod ab* ἔχω· *est et* ἰσχάνω, ξ. 387.

90 Ἀλωὴ, ῆς, ἡ, *et Dor.* ἀλωὰ, locus vitibus et arboribus consitus, vinea, arbustum, campus frumentarius, area, sata, segetes: ἀλωάων, *gen. plur. Æol. pro* ἀλωῶν, *est etiam* ἅλων, ωνος, ἡ, area: *ab* ἀλίζω, congrego: *quod ab* ἅλις, satìs, abundè: *scribunt igitur quidam cum spiritu aspero.*

Ἐριθηλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, valde virens, *seu* latè frondens: *ab* ἐρι, valde, *et* θάλλω, germino, vireo.

91 Ἐξαπίνης, repentè, *poët. pro* ἐξαίφνης, ρ. 738. *ex* αἴφνης, subitò: *quod est et* ἄφνω, repentè, subitò: *quasi ex occulto adveniendo, pro* ἀφανῶς, ita ut non appareat, occultè.

Ἐπιβρίθω, *fut.* σω, ingruo magno cum pondere; *à* βρίθω, gravis sum; *item*, ingruo, *hinc* βριθὺς, εῖα, ὺ, gravis, ε. 746. *et* βριθοσύνη, ης, ἡ, pondus, ε. 839.

Ὡς οὖν, postquam. 95

Γύαλον, ου, τὸ, concavitas; θώρηκος γύαλον, *id est*, τὸ μέσον, medium 99 thoracis; *propriè*, τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς λέγεται γύαλον, παρὰ τὸ γῶ, *quod est*, capio.

Διέχω, transfigo, *et* transeo, *hîc*, διέσχε, 3. *sing. a.* 2. *à* διὰ, *et* ἔχω. 100

Παλάσσω, *fut.* ξω, sortior, παλάσσετο, 3. *sing. imperf. pass.* η. 171. κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε, sortem movete nunc; *vel*, sorte accipite; *sed hîc* fœdo; *à* πάλλω, vibro.

Κέντωρ, ορος, ὁ, stimulator, qui pungit; κέντορες ἵππων, equorum 102 agitatores; *à* κεντέω, pungo.

Ἀπόρνυμαι, concitatus alicunde feror, prodeo cum impetu; ἀπορνύμενος, ένη, ενον, *part. præs. ab* ἀπόρνυμι, excito; *quod ab* ὄρνυμι. *Suprà*, γ. 13. 105

Δαμάζω, *fut.* σω, *idem quod* δαμάω, subigo, affligo, conficio, occido; δάμασσεν, 3. *sing. aor.* 1. *pro* ἐδάμασε. 106

Ὄρσο, *vel* Ὤρσεο, *pro* ὄρσου, *imperat. pass. Ionic*, σ *inserto, metri gratiâ*, excitor; *ex futur.* ὄρσω, *ab* ὄρω. 109

Πὰρ, *per Apoc. apud poëtas, pro* παρὰ. 112

Διαμπερὲς, *adv.* prorsus, in totum, utrinque, per omnia; *vel*, utrinque perforatum; *item*, semper, λ. 377. διὰ δὲ ἀμπερὲς, *per tmes. pro* διαναπερὲς, *à* διὰ, ἀνὰ, *et* πείρω· *idem* διαμπερέως.

Ἀνακοντίζω, *fut.* σω, ejaculor, emitto; *metaph.* sursum ebullio, subsilio, *ut hîc; ab* ἀκοντίζω, jaculor, *quod ab* ἄκων, οντος, ὁ, telum, jaculum.

Στρεπτὸς, ἡ, ὸν, versatilis, flexilis, tortilis, tortus: *à* στρέφω. *Vid.* ε. 493.

Φθάμενος, ένη, ενον, *part. aor.* 2. *med. ab* ἐφθάμην· *ab inusitato* φθῆμι, 119 *pro quo* φθάνω, prævenio, pervenio; *hinc* φθαίη, *aor.* 2. *opt.* κ. 368. *et* φθὰν, *part. act.* λ. 51.

Ἐλαφρὸς, ρὰ, ρὸν, levis, agilis instar cervi; *quasi* ἐλαφηρὸς· *ab* ἔλαφον φέρων, ferens cervum; *hinc* ἐλαφρῶς, *adverb. Odyss.* ε. 240. 122

Ἄτρομος, όμου, ὁ καὶ ἡ, intrepidus; *ab* α *privat. et* τρόμος, ου, ὁ, timor; 126 *à* τρέμω, timeo; *quod à* τρέμω, *idem*.

Σακέσπαλος, ου, ὁ, scuti vibrator, *à* σάκος, εος, τὸ, scutum, *et* πάλλω, vibro.

Ἀχλὺς, ύος, ἡ, tenebræ, caligo, nubes: *quasi* ἄγαν ἀλύουσα, Coul. 127 *fortasse, inquit Harm. ab* ἄχος *et* λύω, *sub noctem obrepente somno dolor consopitur, et mala nostra leniuntur.*

Οὐτάμεν, *Ion. Dor.* οὐτάμεναι, φ. 68. *pro* οὐτάναι, *præs. inf. ab* οὔτημι, 132 vulnero; *ab* οὐτάω.

Καὶ πρὶν περ, *per tmes. pro* καίπερ. 135

Εἰροπόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, laniger; *ab* εἶρος, εος, τὸ, *seu* ἔριον, lana, vellus, et 137 πόκος, ου, *idem; quod à* πέκω, pecto, carpo, tondeo, *nisi potiùs sit ab* εἴρω, necto: *quasi vellera innexa habens.*

Χραύω, *fut.* σω, ferio, saucio, leviter vulnero, perstringo, *propriè*, 138 leviter vulnerans sanguine corpus inquino; *à* χράω, coloro, tingo;

quod habet et alias significationes, nempe, commodo, oraculum edo; *item,* invado furiosè.

140 Καταδῦμι, *et* -δύω, *et* καταδύνω, ingredior, demergo, lateo, occultor, mergo, vereor; *vel,* non audeo.

Ἔρημος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *vel* ος, η, ον, solitarius, desertus *ponitur in neutro genere subintellecto substant.* ὄϊς, ovis; *formatur ab* ἤρεμος, quietus et placidus: *quod per metath. literarum, ab* ἥμερος, mansuetus, *mutato spiritu; vel,* παρὰ τὸ ἔραν μόνην ἔχειν, *quia solam terram habet, qui solitario vivit.*

141 Ἀγχιστίνος, *et* ἀγχιστῆνος, η, ον, *ab* ἄγχι στὰς, propè stans; ἀγχιστῖνοι, *id est,* πυκνοὶ, ἐπάλληλοι, densi, conferti, alii aliis contigui, &c. *ab* ἄγχι, *et* ἵστημι.

Ἐπ' ἀλλήλοισι, κέχυνται, 3. *plur. perf. pass. verbi* ἐπιχύω, infundo, *aliquando dicitur de multitudine, cùm in aliquem locum catervatim se refundit, vel confluit; ab* ἐπι, *et* χύω.

145 Κληΐς, ίδος, ἡ, clavis: *quâ ostium aperitur, ut* ζ. 89. οἴξασα κληῗδι θύρας, aperiens clave valvas; *item,* vectis, *seu* quicquid januam clausam continet, *ut* ω. 454. ἀνοιγεσκον μεγάλην κληῗδα θυράων, aperiens magnum claustrum januarum; *item,* sedes nautica, transtrum, *ut Iliad.* π. 170. πεντηκοντ' ἔσαν νῆες, &c. *et paulò pòst,* πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες ἐπὶ κληῗσιν ἑταῖροι, quinquaginta erant viri in transtris; *item, pars corporis, ut hìc. Vide* πολυκλῆϊς, β. 73.

146 Αὐχὴν, ένος, ὁ, cervix, loci augustia; *ab* αὐχέω, glorior, *Batrach.* 57. *quia gloria et vanitatis signum in erectâ cervice; hinc* αὐχένιος, ίȣ, ὁ ϗ ἡ, cervicalis, *Odyss.* γ. 450.

Εἰργάθω, prohibeo, distraho, *ut hìc; dissolutione poëticâ,* ἐέργαθον, *pro* εἴργαθον, *in imperf. ab* ἔργω, *vel* εἴργω, *idem.*

150 Κρίνομαι, *in voce mediâ aliquando significat,* conjecturam de re aliquâ facere, explorare, et examinare, *ut hìc;* ἐκρίνατ' ὀνείρȣς, conjecturam de somniis fecit; ἐκρίνατ' *pro* ἐκρίνατο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

154 Κτέαρ, ατος, τὸ, possessio, prædium; *à* κτῆμα, ατος, τὸ, *suprà* γ. 71. κτέατεσσι, *poët. pro* κτέασι, *dat. pl.*

156 Γόος, ȣ, ὁ, *ut* νόος, νȣ̃ς, lamentatio, luctus, *à* γοάω, lugeo.

158 Χηρωσαὶ, οἱ, qui succedunt in hæreditate viro viduo, et filiis carenti, *à* χῆρος, ρα, ρον, viduus, desertus; *hinc* χηρόω, desolo, vasto, orbo.

Δατέομαι, divido; *idem* δάζομαι, *et* δαΐζω, *à* δαίω· δατέοντο, *poët. sic* δατεῦντο, ψ. 121. *Ion. pro* ἐδατέοντο, 3. *plur. imperf.*

Κτῆσις, εως, ἡ, *idem quod* κτέαρ.

160 Εἰν, *pro* ἐν, *poët.*

161 Ἐξάγνυμι, *fut.* ξω, frango, rumpo: *potiùs quàm* ἐξάγω *usurpatur; mutuatur tamen tempora ab* ἄγω, *hìc per tmesin.*

162 Πόρτις, ιος, ἡ, vitula, juvenca; παρὰ τὸ ἄρτι εἰς πορείαν, καὶ νομὴν ἔρχεσθαι, *quòd recèns ad pastum eat;* πόρις, *idem et* πόρταξ, κος, ὁ, vitulus; *hinc* πορτιτρόφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, terra vitulos nutriens, *Hymn. in Apol.* ο. 21.

Ξύλοχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, locus arboribus consitus, sylva; *à* ξύλον, ȣ, τὸ, lignum, materia, *et* ἔχω.

167 Κλόνος, ȣ, ὁ, tumultus, strepitus, motus qualis est tumultuantium.

Ἐγχειάων, hastarum, *gen. pl. Æol. ab ἐγχεία vel ἐγχείη, ab ἔγχος.*
Ἐΐσκω, *poët.* assimilo; *ab* εἴκω, similis sum. 181
Αὐλῶπις, ιδος, galea; *ab* αὐλωπὸς, fistulæ instar, *ex* αὐλὸς, ου, ὁ, tibia; 182
item, quicquid angustum est, et oblongum, *et* ὢψ, oculus; *nam galea quasi in fistulam abit, id est, in angustam et oblongum.*

Εἰλύω, *fut.* σω, volvo, *cum aspero, ut* φ. 319. αὐτὸν εἰλύσω ψαμάθοισιν, eum involvam arenis; *sed med. et pass. cum tenui* εἰλύομαι, volvor, *item,* intego, induo, *ut hîc; item,* involvo, occulto, *ut Od.* ξ. 479. σάκεσιν εἰλυμένοι ὤμους, scutis coöperientes humeros; *nisi sit synecdochicè accipiendum; hinc* εἰλύαται, μ. 286. *pro* εἴλυνται, *quasi ab* εἴλυμι· *hinc etiam* εἴλυμα, τος, τὸ, *Odyss.* ζ. 179. integumentum; *ab* εἰλέω, *seu* εἴλω, volvo. 186

Κιχήμενος, η, ον, *à* κίχεμαι, assequor; *à* κίχημι *idem, pro* κιχέω, invenio, accedo, consequor, apprehendo. 187

Ἐφάμην, *hîc*, putavi, *potiùs quàm* dixi. 190

Αἰδωνεὺς, έος, *vel* ηος, ὁ, Pluto; *ab* Αΐδης, ου, ὁ, Orcus.

Ἔμπης, *Ion. pro* ἔμπας, tamen. 191

Κοτήεις, ήεσσα, ῆεν, iratus: *a* κοτέω.

Πρωτοπαγὴς, έος, ὁ, primus vel recèns compactus; *à* πρῶτος *et* πήγνυμι. 194

Νεοτευχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, nuper factus; *à* νέος, *et* τεύχω.

Πέπτανται, expansa sunt; *perf. pass.* πέπταμαι, *pro* πεπέταμαι, *per syncop. à* πετάζω, expando; *sed aliqui putant esse perf. pass. verbi* πτῆμι.

Δίζυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ, bijugis, *à* ζυγὸς.

Ἵστημι, statuo, *præt.* ἕστακα, *neutram significationem accepit*, stare. 196
Ion. ἑστᾶα, ἑστᾶσι, *per contractionem pro* ἑστάασι· *aut regulariter ab* ἕστημι, *Ion. reduplicat. pro* ἵστημι· *hinc* ἕσταμεν, *Odyss.* λ. 464. ἕσταμεν ἀχνύμενοι, stabamus tristes; *et* ἕσταμεν, δ. 342. *et* ἑστάμεναι, κ. 480.

Κρῖ, hordeum, *neutrius generis; à* κριθὴ, ῆς, ἡ, *idem; aut* κρῖ, *pro* κρίμον, *per Apoc. quod secundum Suidam significat aliquando* hordeum.

Ὄλυρα, ας, ἡ, legumen quoddam, far, pabulum *in genere.*

Αἰχμητὰ, *pro* αἰχμητὴς, οῦ, ὁ, *poët. ut dicitur.*

Ποιητὸς, ἡ, ὸν, factus, fabricatus; *à* ποιέω, facio. 198

Ἐμμεμαὼς, υῖα, ος, gliscens, cupiens, ulteriùs progredi cupiens; iracundo impetu concitatus, ductus; *à* μεμαὼς. 199

Ἀρχεύω, *idem quod* ἄρχω, impero, præsum. 200

Φείδομαι, parco, miseror, ignosco; *item* parcè utor, abstineo; *hinc* φειδὼ, όος, ἡ, η. 409. lucrum, *Odyss.* ξ. 92. parsimonia; *et* φειδωλὴ, ῆς, ἡ, χ. 244. *sed* φειδὼν, *Odyss.* ξ. 316. *est proprium; dicitur* φείδομαι *quasi* φεύγω τὸ δοῦναι, *quòd parcus et tenax dare refugiat.* 202

Φορβὴ, ῆς, ἡ, pabulum, esca, alimentum; *à* φέρβω, alo; *quasi* φέρων βίον.

Εἴωθα, *præt. med.* ἔθω, soleo, ex consuetudine facio; ω *addito per pleonasmum.* 203

Ἔδμεναι, edere, *Att. et per syncop. pro* ἐδέμεναι, *Dor. et poët. pro* ἔδειν, *verbi* ἔδω.

Ἄδδην, multùm, affatim, *adv.*

Πίσυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, fretus, fidens, *à* πείθω, persuadeo. 205

Πάσσαλος, ου, ὁ, paxillus, clavus ligneus; *à* πήσσω, figo. 209

213 Ὑψερεφὴς *hîc, et* ὑψιρεφὴς, *Odyss.* ν. 5. *metri causâ pro* ὑψηρεφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *Iliad.* ι. 578. altum tectum habens, altus; *ab* ὕψος, εος, τὸ, altitudo, *et* ἐρέφω, tego.

214 Ἀλλότριος, ία, ιον, alienus; *apud Homer.* externus vir, hostis; *ab* ἄλλος, alius.

216 Διακλάω, *f.* σω, frango; *à* κλάω, *idem;* διακλάσσας, *poët. pro* διακλάσας, *part. aor.* 1.

218 Πάρος, antea, priùs, *adv.*

223 Κραιπνὰ, celeriter, *neut. plur. adverb. pro* κραιπνῶς· *à* κραιπνὸς, ἡ, ὸν, celer, rapidus; *ab* ἁρπάζω· *nam* raptim, rapidè, *et* velociter, *idem significant, Harm.*

226 Μάστιξ, γος, ἡ, flagellum; *à* μάσσω, subigo; *vel à* μάλα, *et* στίζω, pungo: *quia quodammodo exstimulat; hinc* μάστις, ιος, *Od.* ο. 182. *et* μαστίω, ρ. 622. *et* μαστίξω, ε. 366.

Σιγαλόεις, εσσα, εν, splendidus, varius; ob pulchritudinem silentium et admirationem inducens; *à* σιγάω, admiror, sileo.

231 Ἡνίοχος, όχου, ὁ, auriga; *ab* ἡνίον, ου, τὸ, habena, *et* ἔχω· *est et* ἡνιοχῆες, *ab* ἡνιοχεὺς, έος, ὁ, ε. 505. *idem; hinc* ἡνιοχεύω, λ. 103. aurigor.

233 Ματάω, *f.* ήσω, torpescere, vanè tempus conterere, à scopo aberro; *à* μάτην, frustrà; *hinc* ματίη, ης, ἡ, stoliditas, *Odyss.* κ. 79.

236 Μονώνυξ, *sive per syncop.* μώνυξ, χος, ὁ καὶ ἡ, solidipes, habens ungulas solidas; *à* μόνος, η, ον, *et* ὄνυξ, χος, ὁ, unguis; *à futur.* τοῦ νύσσω, *pleonasmo* τοῦ ο, *est enim pars corporis ad fodicandum accommodata.*

243 Κεχαρισμένος, η, ον, charissimus, gratus, *item,* qui beneficium contulit; *à* χαρίζομαι.

245 Ἶς, ἰνὸς, ἡ, fibra, nervus, vires; *sic hîc; quoniam in fibris maxima pars virium consistit.*

Ἀπέλεθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, immensus, *ab* α *privat. et* πέλεθρον, *poët. pro* πλέθρον, ου, τὸ, jugerum.

248 Ἐκγεγάμεν, *poët. pro* ἐκγεγαέμεν, *Doric. pro* ἐκγεγαέναι, *quod est infin. ex præt. med.* ἐκγέγαα, *quod formatur ex futuro secundo* ἐκγαῶ, *mutuato ab* ἐγκάω· *ex verbo* ἐκγείνομαι· *nisi potiùs sit formandum, quasi ex* γέγημι, *cujus infin. esset* γεγάναι, *Dor.* γεγάμεν.

Χαζώμεθ', recedamus, 2. *pl. subj. verbi* χάζω.

253 Ἀλυσκάζω, evito, effugio; *interdum absolutè,* fugio, *ut hîc; ab* ἀλύσκω, *idem; aliquando (ut annotat Eustath.) esse extra conspectum alicujus, propter loci intervallum, ut Od.* μ. 335. διὰ νήσου ἰὼν ἤλυξα ἑταίρους, per insulam progrediens, extra conspectum sociorum essem; *ab* ἀλέω *seu potiùs* ἀλέομαι, vito; *item* congrego; *sed primariâ significatione est,* molo.

255 Ὄκνος, ου, ὁ, cunctatio, ignavia, metus; *hinc* ὀκνείω, *et* ὀκνέω, pigresco; sum tardus, piger; vereor, non audeo, dubito, piget: *dicitur autem* ὀκνέω, *quasi* οὐ κινέω.

256 Εἶμι, eo, *vel* ibo; *nam præsens hujus verbi frequenter apud poëtas usurpatur pro futuro.*

Πάλιν, αὖτις, rursus; *ob majorem vehementiam; jungitur et* αὖθις *cum* πάλιν, *Il.* β. 276. *significat et* postea, *Od.* ξ. 405. αὖθις δὲ κτείναιμι, posthac interficiam.

Ἀποίσετον, *fut.* 1. *ab ἀποφέρω,* aufero, refero, *à φέρω, fut.* 1. *οἴσω, tan-* 257
quam ab οἴω.

Γοῦν *pro γὲ οὖν,* modò, igitur, certè, saltem. 258

Πολύβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, sapiens; *πολύβουλος Ἀθήνη,* consultrix Minerva, 260
utpote è Jovis cerebro nata, et literarum præses; à πολὺς, et βουλὴ, ῆς,
ἡ, multum consilii.

Ἐρυκακέω, *vel ἐρυκάκω, ζ.* 90. inhibeo, arceo; *ab ἐρύκω, idem; hoc* 262
verò ab ἐρύω, traho, custodio; *est ἐρυκανάω, Od. α.* 199. *et ἐρυκάνω, Od.*
κ. 429. *idem.*

Ἄντυξ, υγος, ἡ, ambitus et circumferentia; *propriè* currûs; *et hemi-*
cycli (inquit Didymus) in sede aurigæ, ubi equorum habenæ aptan-
tur; transfertur et ad alia, ut Iliad. ζ. 118. *ἄντυξ ἀσπίδος,* orbis cly-
pei; *aliquando pro temporis circulo, quòd tempus circumagi videatur;*
ab ἄνω, et τεύχω, fabricor; *quòd sit fabrica in altum tendens, sive struc-*
tura elevata.

Ἀτιτάλλω, alo, curiosè nutrio, et curo; *ab ἀτάλλω, idem, vel,* au- 271
geo, adolesco; *ab ἀταλὸς, ἡ, ὸν,* mollis, tener, puerilis.

Φάτνη, ης, ἡ, stabulum, præsepe; *dicitur quasi φάγνη· παρὰ τὸ φαγεῖν.*

Κἂν, sanè, *hîc; ex καὶ, et ἂν, particula potentiali: significat* etiamsi, 273
quamvis, sive, saltem, *et ita componitur ex καὶ, et ἐὰν, si verò sine ac-*
centu scribatur, καν est pro καὶ ἐν.

Βέβληαι, *pro syncop. pro βέβλησαι,* 2. *singul. præt. pass. Ionic. hinc* 284
βεβλήαται, Ion. pro βέβληνται, λ. 656. *et βεβλήατο, pro -ηντο, ξ.* 28. *Vid.*
βεβολήατο, ι. 3.

Κενεὼν, ῶνος, ὁ, imus venter, inter thoracem et os, quòd ad ilia per-
tinet; *à κενεὸς, ὰ, ὸν,* vacuus, inanis; *à κενὸς, ἡ, ὸν, idem, quòd illa pars*
corporis sit κένος ὀστέων, ossibus expers.

Ἀνσχήσεσθαι, toleraturus, *pro ἀνασχήσεσθαι, fut.* 1. *inf. med. verbi* 285
ἀνέχω.

Ἁμαρτάνω, aberro; *item* erro, hallucinor, *fut.* 1. *ἁμαρτήσω, aor.* 2. 287
ἥμαρτον, pro quo poëtæ dicunt ἤμβροτον, mutando α in β, et inferendo
pleonast. ο.

Ἆσαι, *aor.* 1. *inf. verbi ἄδω,* satio; *at ᾄδω, ᾄσω, ι subscript.* cano. 289

Ταλαύρινος, ου, patiens, ærumnarum fortis, audax; *à ταλάω,* suffero,
patior.

Ῥὶν, *vel ῥὶς, ἡ, genit. ῥινὸς,* nasus; *à ῥέω,* fluo; *quòd per nares effluant* 291
mucor et superfluæ sordes cerebri; ῥινὸς, οῦ, ὁ, vel ἡ.

Περάω, *fut. άσω, vel ήσω,* transfigo, transmitto, *sic hîc.*

Ἀτειρὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, noxius, *poët. pro ἀτηρὴς, ab ἀτάω,* lædo. 292

Παρέτρεσσαν, trepidârunt, 3. *plur. aor.* 1. *part. gem. σ, verbi παρα-* 295
τρέω.

Κτάμεναι, *Dor. κτάμεν, Ion. pro κτάναι· à κτῆμι,* interficio; *quod à* 301
κτείνω, idem.

Ἰσχίον, ου, τὸ, coxendix; *τὰ ἰσχία,* clunes; *ab ἰσχεῖν, quòd illæ partes* 305
sedentes sustineant.

Κοτύλη, ης, ἡ, cavitas quæcunque; *item,* cavitas coxæ, sinus in 306
quo caput femoris vertitur, *ut hîc: imò,* quivis sinus ossium altiùs
descendens, qui alterius ossis caput excipit; *item* vasculum, *seu* pocu-

lum concavum, *ut Il. χ.* 494. *quod Hymn.* 47. *forma est* κότυλος, *aliquando est*, vola manûs; *unde* κοτυλήρυτον αἷμα, *ψ.* 34. multus sanguis, *id est*, τὸ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἀρυσθῆναι δυνάμενος, quantum utrâque manûs volâ hauriri potest; *sed Odyss. ε.* 433. πρὸς κοτυληδονόφιν· *à* κοτυληδὼν, όνος, ἡ, *idem quod* κοτύλη, acetabulum, cavum illud in quo femoris caput vertitur; *à* κέω, *seu* κεῖμαι, jaceo, positus sum.

307 Θλάω, *f.* σω, frango, collido, contundo; *verbum à sono fictitium;* θλάσσε, *poët. pro* ἔθλασε.

309 Παχὺς, εῖα, ὺ, *hîc.*

313 Βυκολέω, *f.* ήσω, pasco oves, multùm curo, *et* amo; *à* βυκόλος, υ, ὁ, *ν.* 571. *à* κόλον, υ, τὸ, cibus, *et* βῦς, bos, *ὁ vel ἡ, vel* παρὰ τὸ κονεῖν, περὶ τοὺς βοῦς, quòd bobus inserviat; *vel, quasi* βουκόμος, *ut* ἱπποκόμος, boum custos; *à* κομέω, curo; *hinc* βουκολία, ας, ἡ, boum cura, *Hymn. in Merc.* 495.

314 Πῆχυς, εως, ὁ, cubitus, mensura sex palmorum; *est etiam* pars brachii, *vel* brachium, lacertus, *ut hîc;* ἀπὸ τοῦ πεπηγέναι, *quòd summo brachio compingatur, λ.* 375. πῆχυς *accipitur pro eâ parte arcûs, quæ sagittam sustinet.*

315 Πτύγμα, τος, τὸ, plicatura; *à* πτύσσω, plico.

317 Ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο, animam eriperet, *per tmesin pro* ἀπέλοιτο, *Ion. pro* ἀφέλοιτο, *3. sing. a. 2. opt. verbi* ἀφαιρέω.

319 Συνθεσία, ας, ἡ, pactum, mandatum; συνθεσιάων, *gen. plur. Æol. à* συντίθημι.

320 Τάων, *Æolic. pro* τῶν, *ab* ὁ, ἡ, τὸ, *pro* τούτων, harum.

322 Τείνας, ασα, αν, tendens, *part. aor. 1. verbi* τείνω.

326 Ἄρτιος, ίυ, ὁ κ ἡ, *propriè de numero pari; metaph.* integer, perfectus; *exponitur etiam*, aptus, consentaneus; *ab* ἄρω.

329 Μεθέπω, quæro, sector, investigo; μέθεπε, *3. singul. imperf. Ion. pro* μέθειπε, *ab* ἕπομαι, sequor.

Κρατερώνυξ, χὸς, ὁ κ ἡ, fortis unguibus; *à* κρατερὸς, *et* ὄνυξ.

330 Κύπρις, ιδος, ἡ, Venus, *à* Κύπρος, Cyprus, *insula in quâ Venus nata est, vel, quasi* κυόπορις, ἡ τὸ κύειν πορίζυσα, concipere præbens.

336 Μετάλμενος, *pro* μεθαλλόμενος, η, ον, *per syncop.* insiliens; *ab* ἄλλομαι, *mutato spiritu aspero in tenuem.*

337 Ἀβληχρὴς, έος, *et* ἀβληχρὸς, ῦ, ὁ κ ἡ, debilis, invalidus; *à* βληχρὸς, *idem, cum α epitatico; βληχρὸς autem, si sit* debilis, *deducitur* παρὰ τὸ βεβλῆσθαι, *ut sit* ὁ καταβεβλημένος καὶ πεπτωκώς· *quidam tamen volunt significare*, validus, robustus; *ut sit* ὁ καταβάλλων.

Εἶθαρ, *poët.* statim.

Ἀντετόρησα, perfodi; *à* τορέω, perforo, *à* τερέω, *idem.*

339 Θέναρ, αρος, τὸ, palma, vola, planta pedis; παρὰ τὸ σθένος, robur; *vel,* παρὰ τὸ θέσεως εἶναι χωρίον, *quòd sit receptaculum in quo reponuntur ea quæ dantur; vel,* παρὰ τὸ θείνειν, extendere; *quòd extenditur vola.*

340 Ἰχὼρ, ῶρος, ὁ, *propriè*, sanguis crudus; *apud Hom. est* humor, qui à diis fluxit vulneratis; *nam istos affirmat esset* ἀναίμονες· *nisi malis* ἰχὼρ, *esse deorum,* αἷμα *verò hominum sanguinem, et cæterorum animalium.*

Σῖτος, ου, ὁ, frumentum, panis, fruges, et cibus *in genere ; annotant* 341
Grammatici σῖτον *pro frumento masculinum esse ; pro cibo, neutrum.*

Ἄναιμος, ου, *et* ἀναίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, sanguinis expers ; *ab* α *privat.* 343
et αἷμα, ατος, τὸ, sanguis. *Dii sunt* ἀναίμονες ἐπεὶ οὐ τρέφονται, ἀθάνατοι δὲ ὅτι ἀναίμονες· ὁ γὰρ θάνατος ψύξει τοῦ θερμοῦ γίνεται, *Didym.*

Κάββαλεν, prostravit, dejecit, *poët. pro* κατέβαλε, *aor. 2. ind. act. verbi* καταβάλλω.

Ἑτέρωθι, alibi, alio loco ; ἑτέρωθεν, alterâ ex parte ; *ab* ἕτερος, alter.

Πωλήσεαι, versaberis, 2. *sing. fut.* 1. *med. Ion. pro* πωλήσῃ, *verbi* πωλέω.

Ἀλύω, *fut.* σω, errabundâ mente afficior et incertâ ; *item,* erro, 351
mente langueo, mœrore confectus : ἐν ἄλῃ τὴν ψυχὴν ἔχω, *Eustath. vel, secundum Etymologum, ab* ἀλῶ, vagor ; *quòd qui anxii sunt vagari solent ; vel, ex* α *privat. et* λύω, solvo, *ut sit* ἀλύω, *quasi solutionem malorum non invenio, interdum significat,* morderi, angi, *vel* ringi animo, *ut hîc ;* ἀλύσσω, *autem,* χ. 70. *ubi Priamus de canibus ejus sanguinem bibituris loquitur, ab aliquibus explicatur ;* ὑπὸ πλησμονῆς ἀλύοντες, præ crapulâ disrupti ; *ab aliis quasi* ἐν ἁλὶ ὄντες, fluctuantes in salo ; *ab aliis* ἐν ἄλῃ ὄντες, anxii animo, *seu* ἄγαν λυττῶντες, valde efferati, Coul. *ex Didym.*

Μελαίνομαι, nigresco ; μελαίνετο, 3. *sing. imperf. Ion. à* μελαίνω, ni- 354
grum reddo.

Ἀὴρ, έρος, ὁ, aër ; *in fœmin. autem,* caligo : ἠὴρ, ὁ, *vel* ἡ, *pro* ἀὴρ, 355
quod etiam in fœmin. tantùm significat, caligo.

Χρυσάμπυξ, κος, ὁ, aureas habenas habens ; *à* χρυσὸς, οῦ, ὁ, *et* ἄμπυξ, 358
κος, ὁ, *vel* ἡ, illud vinculum quod cohibet, et constringit comas sparsas in equorum frontibus ; *item,* muliebris capitis ornatus, quo constringuntur fluxi crines : vitta ; *item* lorum, habena, frænum ; *hîc et alibi,* χρυσάμπυξ *est epithet. equorum ; sed Hymn. 5. ver.* 12. ὧραι κόσμηθεν χρυσάμπυκες, horæ ornatæ fuerunt aureis frænis ; *vel,* horæ aurea fræna moderantes ornatæ fuerunt.

Ἤτεεν, *imperf. verbi* αἰτέω, peto.

Ἄχθομαι, *fut.* ήσομαι, gravor, ingemo sub pondere. *Metaph.* ægrè 361
fero ; *ab* ἄχθος, εος, τὸ, pondus, onus. *Metaph.* dolor gravis ; *ab* ἄχος, εος, τὸ, *pleonasmo* τοῦ θ.

Λάζετο, cepit, 3. *sing. imperf. Ion. verbi* λάζομαι. 365

Μαστίω *et* μαστίζω, *fut.* ίξω, flagello, flagris *vel* scuticâ cædo ; *à* μάστιξ, 366
γος, ἡ, flagrum, scutica, ε. 226.

Ἐλάαν, *poët. pro* ἐλᾶν, *præs. infin. ab* ἐλαύνω, *vel* ἐλάω.

Πετέσθην, volabant, 2. *dual. imperf. Ion. pro* ἐπετέσθην, *verbi* πέτομαι.

Εἶδαρ, ατος, τὸ, *pro* ἔδαρ, esca, dapes, *ab* ἔδω, edo. 369

Γούνασι, *Ion. pro* γόνασι· *ex* γόνυ, γόνατος, τὸ. 370

Διώνη, ης, ἡ, Dione. *Dea maris, et mater Veneris ; sic dicta est* ἀπὸ τοῦ Διὸς, *quæ primùm Jovi nupsit ; vel, quasi* ἡ διδοῦσα τὰς τῆς γενέσεως ἡδονὰς, *pariens veneris voluptates ; vel,* ἀπὸ τοῦ διαίνεσθαι ἀπὸ τῶν ὑετῶν, *quòd imbribus cœli irrigatur ; eadem enim est cum Terrâ,* Coul.

371 Ἀγκαὶ, ulnæ, *inusitat. nomin. à quo accusat.* ἀγκὰς, *quod quia exprimitur hîc* ἀγκὰς ἐλάζετο, *et Il.* ω. 227. ἀγκὰς ἑλεῖν, &c. *adverbium à quibusdam putatur,* inter ulnas; *hinc* ἀγκάλη, ης, ἡ, ulna; *item* ἀγκαλὶς, ίδος, ἡ· *hinc* ἀγκάζομαι, ulnis complector, *et* ἀγκαλίζομαι, *idem.*

Κατέρεξεν, demulcebat, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* κατερέζω.

374 Ἐνωπῇ, manifestè, coram, quasi in conspectu. *Dativus adverbialiter usurpatur; ab* ἐνωπὴ, ῆς, ἡ, aspectus; *ab* ἐν, *et* ὢψ, ὀπὸς, ὁ, oculus.

387 Κέραμος, άμȣ, ὁ, terra figularis; *item,* tegula, quodvis vas ex terrâ factum; *aliquando,* dolium, urceus, hydria, *ut Iliad.* ι. 465. πολλὸν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο, multum autem ex doliis vinum bibebatur; *dicitur quasi* ἔραμος, *ab* ἔρα, terra; *hinc* κεραμεὺς, έος, ὁ, figulus, σ. 601. *et* κεραμήϊος, *Ion. pro* κεραμεῖος, ία, ον, figulinus, *Hym.* 47. *carm.* 13. *item,* carcer, *ut hîc.*

388 Ἆτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, insatiabilis, *per crasin pro* ἄατος· *ab* ἄδω, satio, expleo, *et* α *privat. vel ab* ἀδέω, tædio afficior.

389 Μητρυιὰ, *Ion.* μητρυιὴ, ῆς, ἡ, noverca; *à* μήτηρ, mater.

393 Τριγλώχιν, ος, ὁ, tricuspis; γλωχὶν, ῖνος, ἡ, cuspis, acies.

394 Ἀνήκεστος, έςȣ, ὁ ϗ ἡ, insanabilis; *ab* α *privat. et* ἀκεστὸς, ὴ, ὸν, sanabilis; *quod ab* ἀκέομαι.

396 Ὡὗτὸς, idem, *pro* ὁ αὐτὸς· *sunt et* τωὐτέȣ, τωὐτέῳ, τωὐτὸ, *pro* τȣ̃ αὐτȣ̃, τῷ αὐτῷ, τὸ αὐτὸ, *sed non apud Homerum.*

397 Πύλος, ȣ, ὁ, *idem quod* πυλὴ, ῆς, ἡ, porta.

400 Ἤλήλατο, *pro* ἐλήλατο, 3. *sing. plusq. perf. ind. pass. verbi* ἐλαύνω, *facientis præt. pass.* ἐλήλαμαι, *repetitis Atticè duabus initialibus literis præsentis.*

Κήδω, lædo, ango, mœrore afficio, *ut hîc; à* κῆδος, εος, τὸ, mœror; *sed* κήδομαι, *f.* σομαι, α. 56. curam gero, solicitus sum de re aliquâ; *est et* κηδέω, *f.* έσω *et* ήσω, curo, ω. 240. ἤλθετε κηδήσαντες.

Ὀδυνήφατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, expellens dolorem; *ab* ὀδύνη, ης, ἡ, dolor, *et* φάω, occido; ῥίζαν βάλε ὀδυνήφατον, λ. 845.

402 Καταθνητὸς, ὴ, ὸν, mortalis; *ex* κατὰ, *vacante, et* θνητὸς, ὴ, ὸν, mortalis.

403 Ὀϐριμοεργὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, gravia operans, horrenda et violenta patrans; *ab* ὄϐριμος, ίμȣ, ὁ ϗ ἡ, potens, fortis, minax, *et* ἔργον, ȣ, τὸ, opus.

Αἴσυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, *vel* η, ον, παράνομος ϗ ἄδικος, impius, iniquus, indecens; malus; *quasi* ἀαίσυλος, *ab* α *privat. et* αἶσα, ης, ἡ, sine æquo et justo; *vel, quasi* αἶσαν συλάων, deprædans contra jus et fas; *vel* partem et portionem deprædans; *vel ab* αἶσαι, lædere.

408 Παππάζω, invoco patrem aut avum, dico pappa, abblandior patri, ut infantes; *à* πάππας, ȣ, ὁ, pater, vox liberorum ad patrem, *Od.* ζ. 57.

412 Ἀδρηστίνη, ης, ἡ, Adrasti filia, *regis Argivorum,* β. 830. *qui primùm Nemesi templum posuit, à quo ipsa scelerum ultrix Nemesis dicta est* Ἀδράστεια, *Ion.* Ἀδρήστεια, β. 828.

413 Οἰκεὺς, έως, *Ion.* ῆος, ὁ, domesticus servus, *ab* οἶκος, ȣ, ὁ, domus.

Κουρίδιος, ίου, ἡ, juvenilis; *plerumque ei tribuitur, qui juvenili ætate* 415
uxorem duxit; capitur sæpè pro legitimo desponsato; sic κουριδία, ας, ἡ, α. 114. quæ juvencula uxor est, *seu* quæ virgo nupsit; *à κοῦρος, poët. pro κόρος, ου, ὁ,* juvenis; *hinc κόρη, ης, ἡ,* puella, virgo.

Ἄλθω, *ἀλθαίνω, et ἀλθέω,* medeor, sano; *item,* augeo, *ἄλθετο,* 3. *sing.* 417
imperf. pass. pro ἤλθετο, amisso augmento.

Κατηπιάω, *à κατὰ, et ἠπιάω,* mitigo, placo; *ab ἤπιος, ία, ιον,* clemens, mitis, benignus; *κατηπιόωντο, poët. pro κατηπιῶντο, ex κατηπιάοντο,* 3. *plur. imperf. pass.*

Ἀνίημι, *hîc,* stimulo; *vel,* solicito; *ἀνιεὶς, εῖσα, ἐν, part. præs.* 422

Ἔκπαγλα, *adverb.* vehementissimè *hîc. Vid. α.* 146. 423

Καῤῥέζων, *ουσα, ον,* demulcens; *part. præs. verbi καταῤῥέζω.* 424

Εὔπεπλος, *sive* Ἐΰπεπλος, *ου, ὁ καὶ ἡ,* stolatus, pulchrum habens peplum; *ab εὖ,* bene, *et πέπλος.*

Περόνη, *ης, ἡ,* fibula, acus, acicula; *à πείρω,* transeo, *vel* infigo; 425
quoniam subnectitur oræ vestimenti, eique inseritur et infigitur; hinc περονάω, fut. ήσω, η. 145. transfodio, *et περονάομαι,* fibulâ connecto, substringo fibulâ, *vel* aciculâ, *κ.* 133.

Καταμύξατο, laceravit, perstrinxit, 3. *sing. aor.* 1. *med. Ion. verbi καταμύσσω.*

Ἀραιὸς, *ὰ, ὸν,* tenuis, rarus, laxus, mollis; *item,* imbecillis: *metaph. ab α epitatic. et ῥαίω,* consumo.

Μετέρχομαι, adeo; *πόλινδε μετέρχεο,* civitatem adi, *ζ.* 86. inquiro; 429
πατρὸς ἐμοῦ κλέος εὐρὺ μετέρχομαι, patris rumorem inquiro, persequor; *ἀλλὰ μέτελθε,* sed persequere, *φ.* 422. supplicium de aliquo sumo, animadverto in aliquem; accedo, pertranseo, adeo, *propriè: item,* tractare aliquid, *ut hîc.*

Ἄζετο, venerabatur, 3. *sing. imperf. Ion. verbi ἄζομαι.* 434

Ἰοχέαιρα, *ας, ἡ,* quæ fundit sagittas, *ex ἰὸς,* sagitta, *et χέω,* fun- 447
do.

Ἄδυτον, *ύτου, τὸ,* adytum; *ab ἄδυτος, ου, ὁ καὶ ἡ,* ad quem non patet 448
ingressus. *Adytum autem est illa pars templi, in quam nulli præter sacerdotem ingredi licet; ab α privat. et δῦμι,* ingredior.

Κυδαίνω, *fut. νῶ,* honoro, decoro, laudo, honorificè tracto; *à κῦδος, εος, τὸ,* gloria; *κύδαινον,* 3. *pl. imperf. Ion. pro ἐκύδαινον.*

Εἴδωλον, *ώλου, τὸ,* simulachrum, imago, effigies; *ἡ εἰς τὸ ἰδεῖν μόνον* 449
εἰκών· ab εἶδος, εος, τὸ, forma; *quod ab εἴδω,* video.

Λαισήιον, *ου, τὸ,* scutum oblongum, *vel* breve scutum; parmula: 453
à λάσιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, hirsutus; *quia scuta pellibus hirsutis obducebantur; vel, à λαιὸς, ὰ, ὸν,* sinister, *quòd in sinistrâ gestabantur.*

Καρπὸς, *οῦ, ὁ,* fructus, emolumentum; *item,* junctura manus cum 458
cubito; *item,* vola, *sic hîc.*

Πέργαμος, *άμου, ἡ,* Pergamus; *urbs Asiæ insignis, ita dicta, quòd* 460
editâ in rupe sit sita. Pergama enim omnia loca editiora olim appellabantur.

Ἐς τί, quousque? 465

Φλοῖσβος, *ου, Ion. οιο, ὁ, propriè,* sonitus in aquâ, *per onomat.* mur- 469
mur, tumultus, *ut hîc.*

472 Πῆ, *interrogat.;* quî? quonam modo? quà? quò? *ab* ᾗ, quatenus, quomodo; *ab* ὃς, ἥ, ὅ.

Ἔχεσκες, habebas, 2. *sing. Ion. pro* εἶχες, *verbi* ἔχω.

474 Γαμβρὸς, ϐ, *Ion.* οῖο, ὁ, gener, ζ. 177. socer, ν. 464. affinis, *ut hîc; à* γαμέω, uxorem duco *quasi* γαμηρὸς, *syncope* η, *et epenthesi* β.

476 Καταπτώσσουσι, trepidant, 3. *plur. præs. verbi* καταπτάσσω.

Ἐπιδευὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, indigens; *ab* ἐπιδεύω, indigeo: *idem* ἐπιδεὴς, *ab* ἐπιδέομαι.

482 Μέμονα, *apud poëtas,* cupio, volo, audeo, *præt. med. à* μένω.

485 Τύνη, *pro* τὺ, *Dor. pro* σὺ.

487 Ὄαρ, αρος, ἡ, uxor: *in plur.* ὄαρες, *contract.* ὦρες, ὤρεσσι, *dat. pl. poët. pro* ὦρσι· *dictum est* ὄαρ, *quasi* ὁμόαρ, παρὰ τὸ ὁμοῦ ἀρηρέναι γάμῳ, quòd cum viro nuptiis congruat; *vel,* quòd viro fœmina est aptanda et adæquanda; *hinc* ὀαρίζω, colloquor familiariter, sicut cum conjuge, ζ. 516. ὀάριζε γυναικὶ, colloquebatur uxori; *et* ὀαριστὴς, ϐ, ὁ, confabulator, familiaris, *Od.* τ. 179. *et* ὀαριστὺς, ύος, ἡ, talis confabulatio, ξ. 216. *vel,* commercium *in genere,* ν. 291.

488 Μήπως, nè fortè.

Ἁψῖδες λίνου, nexus lini; περιφραστικῶς *dicitur pro* δίκτυα, retia; ἀψὶς, ῖδος, ἡ, *aliquando,* fornix, curvatura rotæ; *vel* εἰς ἣν αἱ κνῆμαι, tibiæ currus à modiolo rotæ compinguntur, *Didym. ab* ἅπτω, attingo, necto.

Λίνον, ϐ, τὸ, linum, *vel* filum linteum; *item,* chorda citharæ.

Πάναγρον, ϐ, τὸ, *retis epitheton, quòd omnia capiat, à* πᾶν, *et* ἄγρα, ας, ἡ, præda, captura, piscatio, aucupium, venatio.

Κύρμα, ατος, τὸ, id in quod aliquis incidit, adeptio, lucrum insperatum, præda, *per syncop. pro* κύρημα, ατος, τὸ, *idem; à* κύρω, incido, nansciscor. *idem* κυρέω.

489 Ὑμὸς, ὑμὴ, *vel* ὑμὰ, ὑμὸν, *poët. pro* ὑμέτερος.

491 Τηλεκλητὸς, ϐ, ὁ καὶ ἡ, longè vocatus; *à* τῆλε, procul, *et* καλέω, voco; *pro quo legitur* τηλεκλειτὸς, ϐ, *Il.* ι. 233. *et alibi,* τηλεκλειτοί τ' ἐπίκουροι, è longinquo evocati auxiliares; *sed* τηλεκλειτὸς, *est* percelebris, *cujus celebritas procul pervenit; à* κλέω, celebro, *ut* ξ. 321. *est et* τηλεκλυτὸς, ϐ, clarus, *cujus nominis inclyta fama procul pervenit; à* κλύω, audio, *Il.* σ. 400.

493 Δάκε, 3. *sing. aor.* 2. *pro* ἔδακε, *à quo* δακέειν, *pro* δακεῖν, *in infin. à* δάκνω, mordeo, *aorist.* 2. ἔδακον, *ex inusitato* δήκω.

497 Ἐλελίττω, *fut.* ξω, *hîc,* converto; ἐλελίχθησαν, 2. *plur. aor.* 1. *pass. pro quo,* ζ. 109. ἐλελίχθεν, *Bœot. Vid.* α. 530. *Legitur* ἐλελίζετο, *Hymn. in Palladem, ver.* 9. *pro* ἐλελίττετο.

498 Ἀολλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, congregatus, confertus; *hinc* ἀολλίζω, ζ. 270. *et* ἀολλέω, ζ, 287. καὶ δ' ἄρ ἀόλλησαν, *pro quo alii legunt* ἴσαν· *dicitur quasi* ὁμοῦ, *vel* ἅμα εἰλέω.

499 Ἄχνη, ης, ἡ, palea, gluma; *generaliter capitur pro tenuissimo cujuslibet rei; aliquando,* spuma maris; ἄχνη πυρὸς, *pro* fumo, δ. 426.

500 Λικμάω, *fut.* ησω, ventilo, purgo; *etiam* cribro, *à* λίκμος, ϐ, ὁ, ventilabrum; *quod dicitur à* λιαν, *et* κάμνω, *pro quo etiam dicitur* λίκνον· *sed* λίκνον, *Hymn. in Merc.* 150. *significat* cunas; *à* λικμάω *derivatur* λικμητὴρ, ῆρος, ν. 590. ventilator.

Ὑπολευκαίνω, album reddo; ὑπολευκαίνομαι, albesco; à λευκαίνω, *idem;* 502
à λευκὸς, ὴ, ὸν.

Ἀχυρμιὰ, ᾶς, ἡ, acervus palearum; *sed propriè,* ἀχυρμιαὶ *sunt* ἀχυροθῆκαι; *loca areæ, in quibus seponuntur festucæ et paleæ tritici, Didym. dicitur quasi* ἀχυριὰ, *ab* ἄχυρον, ου, τὸ, palea, *quod dicitur* παρὰ τὸ μὴ ἔχειν, *quòd sit res quæpiam inanis; vel quasi* ἀέχυρον, *ab* α *privat. et* ἐχυρὸς, ρὰ, ρὸν, munitus, *quòd nemo curat; vel, quòd à vento facilè torquetur, et ita non à vento tuta.*

Πολύχαλκος, ου, ὁ καὶ ἡ, multum habens æris; *item per conseq.* solidus, 504
firmus, *epithet. cœli.*

Ἡνιοχεὺς, έως, ὁ, auriga, qui habenas tenet; ἡνίοχος, ου, ὁ, *idem, ab* 505
ἡνίον, ου, τὸ, *et* ἔχω. *Vid.* ε. 231.

Χρυσάορος, ου, ὁ καὶ ἡ, ensem aureum habens; *à genit.* τοῦ χρυσάωρ, ορος, 509
ὁ καὶ ἡ, *idem quod ab* ἄορ, ἄορος, τὸ, ensis, κ. 484. *quod ab* ἀείρω, tollo.

Ἀρτεμὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, integer, incolumis, *ab* ἄρτιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, inte- 515
ger; *vel pleonasmo* τοῦ ρ, *quasi* ἀτεμὴς, *à* τέμνω, seco; *vel quasi* ἀρτελὴς, *à* τελέω, perficio.

Ἰωκὴ, ῆς, ἡ, *per aphæresin pro* διωκὴ, clamor, minæ, insectatio, per- 521
secutio; *à* διώκω.

Νηνεμία, ας, ἡ, tranquillitas ventorum; *à* νήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ventos non 523
habens, θ. 552. νήνεμος αἰθὴρ, tranquillus aër; *hoc autem à* νὴ, *et* ἄνεμος, ου, ὁ, ventus.

Ἀκρόπολος, ου, ὁ καὶ ἡ, excelsus, habens verticem excelsum: *hinc* ἀκρόπολις, εως, ἡ, arx; *quod ab* ἄκρος, ρα, ρον, *summus, et* πόλος, ου, ὁ, vertex; *item* polus; *vel à* πολέω, versor.

Βορέας, *vel* -ης, *Ion.* ου, ὁ, aquilo; ἀπὸ τοῦ βοᾶν, καὶ ῥεῖν, *quòd ventus est* 534
sonorus et violentus; vel à βορὰ, alimentum, *(inquit Etymol.) quòd nobis alimentum ministrat frugibus incrementum præbens; vel potiùs, quòd nos edaciores reddit,* Coul. *hinc* βορέω, ψ. 692. *et* βορέα, *hìc pro* βορέου, *Ion. et Æol.*

Ζαχρειὴς, έος, *et* Ζαχρηὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, μ. 347. valde utilis; *à* ζα, valde; 525
et χρεία, ας, ἡ, utilitas; *vel significat* vehemens, violentus; *à* χρεία, necessitas; *necessitas est quoddam violentum, nec habet legem.*

Ἄω, spiro, flo; *quod fit per onomatop. alii ab* α *et* ω, *quia spirare* 526
est et primum et ultimum, quod homo agit; hinc ἄημι *idem; à quo partic.* ἀεὶς, ἀέντος.

Φάομαι, *inusit. formantur tamen ab eo quædam tempora: nempe* 531
præt. pass. πέφαμαι, occisus sum; 3. *pers. s.* πέφαται, 3. *plur.* πέφανται, *infin.* πέφασθαι, *paulò post futur.* πεφήσομαι, ν. 828.

Ἔρυτο, custodiebat, juvit; δ. 138. ἥ οἱ πλεῖστον ἔρυτο, quæ multùm 538
ei juvit, *sed hìc,* impediebat, depellebat; *ut et* ρ. 518. *et Odyss.* ω. 523. *pro* ἔρυτο, *vel* ἤρυτο, *ab* ἔρυμι· *idem quod* ἐρύω, *imperf. med. vel est plusquamperf.* τοῦ ἐρύω, traho, custodio, libero, arceo, impedio, &c.

Νειαίρη, ης, ἡ, ἡ κάτω κοιλία ἔσχατον μέρος τῆς γαστρὸς, pars extrema 539
ventris, venter inferior; *nunquam apud Homer. usurpatur sine* γαστὴρ *adjuncto; derivatur à* νεαρὸς, *vel* νειαρὸς, ρὰ, ρὸν, novus, recens, ultimus, juvenilis: *hoc autem à* νέος, α, ον.

544 Βίοτος, ȣ, *Ion.* οιο, ὁ. *Vid.* δ. 170.

548 Διδυμάων, ονος, ἡ, geminus, gemellus; *à* δίδυμος, ου, ὁ κ) ἡ, duplex, geminus; *à* δύο, duo; *dicitur de morte et somno,* π. 672. ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν· διδυμάονες (*inquit Didym.*) διδύμων διαφέρουσι· οὗτοι μὲν ἀδελφὸς δηλȣ̃σιν, οἱ δὲ δίδυμοι ȣ̓κ ἐξ ἀνάγκης.

550 Ἡβάω, *vel* ἡβάσκω, pubesco, adolesco, *fut.* ἡβήσω, *ab* ἥβη, ης, ἡ, pubes, pubertas, dea voluptatis, juventa, δ. 2.

551 Εὔπωλος, ȣ, ὁ κ) ἡ, producens bonos equos; *à* πῶλος, ȣ, ὁ, pullus equinus.

555 Τάρφος, εος, τὸ, densitas; *peculiariter sylvæ; quasi* τράφος, *à* τρέφω, nutrio, *eò quòd animalia nutrit; quod Etymon ipse Homerus, inquit Eustathius, versu hôc exprimit; hinc* ταρφὴς, έος, ὁ κ) ἡ, λ. 387. *et* ταρφειὸς, ὰ, ὸν, μ. 158. densus, frequens; *et* Τάρφη, ης, ἡ, β. 533. *urbs Locrorum sic dicta ob sylvæ densitatem.*

556 Ἴφιος, ȣ, robustus, fortis, pinguis, bene nutritus; *ab* ἶφι, fortiter; *quod ab* ἲς, ἰνὸς, ἡ, fibra; *item,* vis, robur.

558 Κατέκταθεν, *Bœot. pro* κατεκτάθησαν, 3. *plur. aor.* 1. *pass. à* κατακτείνω, occido.

560 Καππεσέτην, *Ion. pro* κατεπεσέτην, 3. *dual. aorist.* 2. *à* πίπτω, cado.

Ἐλάτη, ης, ἡ, abies; *sed Il.* η. 5. ἐΰξέστῃσ' ἐλάτῃσιν, politis abietibus, *id est, abiegnis remis, ab* ἐλάω, progredior; *quòd in altum tendat: est enim arbor admodum procera.*

566 Δίω, expello, persequor, timeo, *sic hîc;* δίον, *Il.* χ. 251. *potest exponi* cucurri; δίον *et* δίε, *pro* ἔδιον *et* ἔδιε, *poët. hinc* διώκω.

567 Ἀποσφάλλω, *fut.* λῶ, à viâ errare facio, subverto, seduco, frustror, facio excidere ab incepto, impedio; -ομαι, aberro; *à* σφάλλω, subverto, decipio, frustror; ἀποσφήλειε, 3. *sing. aor.* 1. *opt. Æol.*

582 Ἀγκὼν, ῶνος, ὁ, locus curvaturæ, *seu* flexus brachii; cubitus, lacertus; *accipitur pro quocunque flexu membrorum: ut, curvatura manûs,* λ. 252. *item, pro flexu fluviorum et murorum, ut* π. 701. τρὶς μὲν ἐπ' ἀγκῶνας βῆ τείχεος ὑψηλοῖο· *aliquando* cornua citharæ; *dicitur quasi* ἐγκὼν ἀπὸ ἐγκεῖσθαι, *quòd os alterum alteri insertum sit in cubitu et manuum commissurâ.*

585 Ἀσθμαίνω, anhelo, difficulter anhelo, cum singultu palpito, expiro; *ab* ἆσθμα, ατος, τὸ, anhelatio, spirandi difficultas, *Il.* ο. 10.

586 Κύμβαχος, ȣ, ὁ, *idem quod* ἐπὶ κεφαλὴν ἔκπεσε κύμβαχος, incidit, *vel* decidit in caput; pronus, in caput præceps, κύμβαχον ἀκρότατον νύξ', conum summum galeæ percussit, ο. 535. suprema pars galeæ; *à* κύμβος, ȣ, ὁ, cavus recessus.

Βρεχμὸς, ȣ̃, ὁ, sinciput. *Batrachom.* 225. *est* βρέγμα, ατος, τὸ, *idem; à* βρέχω, madefacio: *quia sinciput in infantibus est valde humidum.*

589 Ἵμασ', scuticâ agitabat, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἱμάω, *ab* ἱμὰς, άντος, ὁ, lorum.

593 Κυδοιμὸς, ȣ̃, ὁ, tumultus, turba; *hinc* κυδοιμέω, turbo, turbas excito, λ. 324. παρὰ τὸ κύειν δείματα, quòd timorem inducat.

594 Ἐνώμα, quatiebat, 3. *singul. imperf. verbi* νωμάω, *à* νέμω, distribuo.

595 Ἄλλοτε, interdum, *hîc.*

Ἀπάλαμνος, ου, ὁ καὶ ἡ, industriâ carens, cujus manibus nulla est ars; 597
ab α priv. et παλάμη, ης, ἡ, manus, palma.

Ἰὼν, οῦσα, ὸν, prodiens, elapsus, iturus; *nam tria tempora significat, præs. præt. et fut. inquit Bud. ab* εἶμι, eo; ἰὼν πολέος πεδίοιο, emensus ingentem campum, *id est,* per ingentem campum means, *vel* prolapsus; διὰ, *subintellecto* ἐλλειπτικῶς· *nam crebrò regunt verba genit. deficiente quâvis præpositione quæ postulat genit. ut* λύω δεσμάτων, *id est,* ἀπὸ δεσμάτων.

Στήῃ, *vel* στῇ, *vel* στήῃ, *poët. pro* στέῃ· *hoc autem poët. pro* στέῃ, *hoc* 598
autem Ion. pro στῇ, *3. sing. aor. 2. subj.* στῶ, στῇς, στῇ· *vel* στήῃ, *pleonasmo* τοῦ η, *pro* στῇ, *ab* ἵστημι.

Ὠκύῤῥοος, *vel* ὠκύροος, ου, ὁ καὶ ἡ, celeriter fluens, *ab* ὠκὺς, εῖα, ὺ, *et* ῥέω, fluo.

Ἀφρὸς, οῦ, ὁ, spuma; *dictum quasi* μετὰ σφοδρᾶς φορᾶς προϊέμενος, *qua-* 599
si magno cum impetu immissa; quòd excitetur ex aquarum conflictu, Coul. *hinc* ἀφρέω, spumo, λ. 282. *de equis;* ἄφρεον στήθεα, spumabant in pectoribus.

Μυρμύρω, murmuro, *per onomatopœiam.*

Πάρα, *pro* πάρεστι, adest, *ut dicitur priùs.* 603

Τέτραμμαι, conversus sum; *perf. pass. à* τρέπω, verto; *nam* τέθραμ- 605
μαι, *à* τρέφω, alo.

Πολυκτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dives; *à* πολὺς, *et* κτάομαι. 613

Πολυλήϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, habens multas segetes, locuples; *à* λήϊον, ου, τὸ, seges.

Λὰξ, *adverb.* cum calcibus, pede porrecto; *hinc* λακτίζω, calco, 620
Od. σ. 98.

Σπάω, *fut.* σω, traho, educo, contraho, extraho, evello; σπάομαι, 621
idem; ἐσπάσατ' *pro* ἐσπάσατο, *3. sing. aor. 1. med.*

Ἀμφίβασις, εως, ἡ, circumventio; *ab* ἀμφιβαίνω, circumeo. 623

Ἀδαήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, imperitus; *ab α priv. et* δαίμων, *quod à* δαίω, 634
disco; *hinc* ἀδαημονία, *vel Ion.* ἀδαημονίη, ης, ἡ, inscitia, *Odyss.* ω. 243.

Γόνος, ου, ὁ, fœtus, filius, soboles, proles; *à præt. med.* γέγονα, *verbi* γίγνομαι, sum; *vel,* γείνω, gigno; γονὴ, ῆς, ἡ, *idem,* ω. 539.

Ἐπιδεύομαι, insuper egeo, egeo, inferior sum; *à* δεύομαι· ἐπιδεύεαι, 636
Ion. pro ἐπιδεύῃ, *2. sing. præs. subj.*

Θρασυμέμνων, ονος, ὁ καὶ ἡ, qui viriliter sustinet irruentem hostem, *ideo* 639
audax; *à* θρασὺς, εῖα, ὺ, *et* μένω, maneo, exspecto; *vel, à* μέμνων, memor, *ut sit audaciæ memorandæ.*

Θυμολέων, οντος, ὁ, animum leonis habens, magnanimus, *à* θυμὸς, οῦ, ὁ, *et* λέων, οντος, ὁ.

Ἄλκαρ, ρος, τὸ, *et* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, subsidium, auxilium. 644

Δμηθεὶς, εῖσα, ὲν, domitus, *aor. 1. part. pass. à* δμάω, *perf. pass.* δέδ- 646
μημαι, *aor. 1.* ἐδμήθην.

Κλυτόπωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, inclytus equis, *Platonis epitheton: à* πῶλος, 654
ου, ὁ, pullus equinus, *et* κλυτὸς, ὴ, ὸν, inclytus.

Μείλινος, fraxineus, *pro* μέλινος, η, ον, ἷζε ἐπὶ μελίνου οὐδοῦ, sedit in fraxi- 655
neâ viâ, *Od.* ρ. 339. *à* μελία, ας, ἡ, fraxinus.

657 Δὄρατα, *pro* δόρατα, *per epenthes.* τῦ υ, *metri gratiâ; à* δόρυ, δόρατος, τὸ, hasta.

Ὁμαρτῆ, simul, unum post aliud; *ab* ὁμῦ, *idem, et* ἀρηρότως· *de iis dicitur, quæ serie continuâ se sequuntur; hinc* ὁμαρτέω, sequor unà cum, μ. 400.

Ἤϊξαν, 3. *plur. aor.* 1. *ab* ἀΐσσω.

661 Μαιμάω, *pro quo* μαιμώω, *poët. à quo in part.* μαιμώωσα, properans, *ver.* 670. μαίμησε δὲ οἱ φίλον ἦτορ, turbatum ei erat dilectum cor; *idem quod* μάω, vehementer cupio.

662 Ἐγχρίμπτω, admoveo, tango, infrico, adjungo, applico, hæreo; *à* χρίμπτω, admoveo, appello, accedo; *dicitur quasi* χειρίπτω· *à* χεὶρ, manus: *significat enim propriè,* ταῖς χερσὶν προσεγγίζειν, manibus admovere; ἐγχριμφθεὶς, εῖσα, ὲν, *part. aor.* 1. *pass.*

670 Τλήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, ærumnosus, miser, tolerans, audax, fortis; *à* τλάω.

672 Ἐρίγδυπος, ϋ, *Ion.* οιο, ὁ καὶ ἡ, valde sonans, μεγαλόηχος διὰ τὰς βροντάς· *ab* ἐρὶ, *particula augmentativa in compositione, et* δῦπος, ϋ, ὁ, sonitus, *pro* ἐρίδυπος, *v.* 49. *interposita* γ, *metri gratiâ.*

674 Μόρσιμος, ϋ, ὁ καὶ ἡ, fatalis; *à* μοῖρα, ας, ἡ, fatum; *legitur et* μόριμος, *idem, v.* 301.

675 Ἀποκτάμεν, interficere, *aor.* 1. *infin. Ion. pro* ἀποκτεῖναι *verbi* ἀποκτείνω.

683 Δεῖμα, ατος, τὸ, timor: *à* δείδω.

Χαίρω, *fut.* χαιρήσω, *et* χαρῶ, *aor.* 2. *pass.* ἐχάρην.

Ὀλόφυδνος, η, ον, luctuosus, lugubris; *ab* ὀλοφύρομαι, lugeo, queror, lamentor, ε. 871. *quod dicitur* παρὰ τὸ ὅλως φύρειν ἑαυτὸν, quòd qui lamentatur totum se macerat.

684 Ἕλωρ, ωρος, τὸ, *idem quod* ἑλώριον, ϋ, τὸ, præda; *ab* ἕλω, capio.

685 Αἰὼν, ῶνος, ὁ, ævum, æternitas; *quasi* αἰὲν ὢν· *item,* ætas, vita, tempus vitæ hominis.

688 Εὐφρανέειν, *Ion. pro* εὐφρανεῖν, *fut.* 1. *infin. verbi* εὐφραίνω.

690 Παραΐσσω, *fut.* ξω, prætereo; *item,* proripio me raptim; *ut hîc.*

691 Ὠθέω, *fut.* ὠθήσω, *et* ὤσω, *tanquam ab* ὤθω, trudo, pello; ὤσαιτ' *pro* ὤσαιτο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

693 Φηγὸς, ῦ, ἡ, fagus; ἀπὸ τῦ φαγεῖν, *quia olim homines è fructibus arboreis victitabant; hinc* φήγινος, ίνη, ον, fagineus, ε. 839.

694 Θύραζε, extra domum; *alibi generaliter,* extra, *ut hîc; hinc* οἱ θύραζε, externi, alieni; *à* θύρα, ας, ἡ, janua, ostium.

697 Ἀμπνύω, *pro* ἀναπνύω, *Ion. à* πνύω, respiro; *hinc* ἀμπνύνθη, recreatus est, ad se rediit, 3. *sing. aor.* 1. *pass. Ion. pro* ἠμπνύνθη, *tanquam ex* ἀναπνύνομαι, *vel* ἀνάπνυμαι.

Πνοιὴ, ῆς, ἡ, aura, flatus, *epenthesi* τῦ ι, *pro* πνοή.

698 Ζωγρέω, *fut.* ήσω, capio vivum, à cæde conservo, vivifico; *item,* vegeto; *ab* ἄγρα, ας, ἡ, captura, venatio, *quasi* ζῶον ἀγρεύω.

Κεκαφηὼς, ότος, ὁ, spirans, *Ion. pro* κεκαφηκὼς, *à prisco* καφέω, *quod ex* κέκαφα, *præt. verbi* κάπτω, spiro, flo; *item,* comedo.

707 Αἰολομίτρης, ϋ, ὁ, qui balteum vel mitram variè ornatam habet; *ab* αἰόλος, η, ον, varius, *et* μίτρα.

709 Κλίνω, *hîc* claudo, circumdo.

Ἐντύω, *et* ἐντύνω, paro, instruo; *ab* ἔντεα, τὰ, *per contract.* ἔντη, arma. 720
Πρέσβα, ης, ἡ, vetula, senex veneranda, *per syncop. pro* πρέσβεια· *à* 721
πρέσβυς, υος, *vel* εως, *fœm.* πρέσβεια, δ. 59. *pro* πρέσβεια, *dicitur* πρέσβειρα,
Hymn. in Ven. 32. *et* πρεσβηΐς, *Hymn. in Vestam et Merc.* 13. πρεσ-
βηΐδα τιμὴν, antiquum honorem.

Κύκλα, *per metaplasm. pro* κύκλοι. 722
Ὀκτάκνημος, ου, ὁ καὶ ἡ, octo radios habens, *proprium rotæ; à* κνήμη, ης, 723
ἡ, radius rotæ.

Ἄξων, ονος, ὁ, axis, tabula, *in quâ delinquentium pœnæ scriptæ fue-
runt; ab* ἄγω, duco, *vel* frango.

Ἐπίσσωτρον, ου, τὸ, canthus, ferramentum illud curvum, quod ligno 725
orbiculari rotæ affigitur, ne continuâ agitatione conteratur, *ab* ἐπὶ *et*
σῶτρον, ου, τὸ, illud lignum, *à* σώω, citato gressu currere cogo; *quod
est à* σείω, agito.

Θαῦμα, ατος, τὸ, admiratio; *item,* miraculum, res nova, visuque
mira.

Πλήμνη, ης, ἡ, modiolus rotæ, *id est,* foramen, in quod axis caput 726
immittitur, et circumvolvitur, ἀπὸ τοῦ πληροῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἄξονος, quòd
axe impleatur.

Περίδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, orbiculatus, circumcurrens, rotundus; *à* τρέχω. 728
Ῥυμὸς, οῦ, ὁ, temo; *à* ῥύομαι, traho. 729
Λέπαδνα, τὰ, coria lata circa pectus equorum, capistra; *à* λεπίζω, 730
decortico, deglubo; *quod est à* λέπω, *idem.*

Οὖδος, εος, τὸ, *et* οὖδας, ατος, τὸ, λ. 748. solum, pavimentum; οὖδος, 733
inusit. in nomin. οὖδας· *in omnibus casibus præter. nomin.* οὐδὸς, ου, ὁ, li-
men; *ab* ὁδὸς, οῦ, ἡ, via: *quoniam solo incedimus et ambulamus.*

Θυσσανόεις, εσσα, εν, fimbriatus; *à* θύσανοι, fimbriæ. *Ante,* β. 448. 738
Στεφανόω, *fut.* ώσω, corono, cingo, honore afficio, exorno; *à* στεφάνη 739
vel -νος, ου, ὁ, corona, virtutis præmium; *à* στέφω.

Κρυόεις, εσσα, εν, frigidus, rigidus, horribilis; *à* κρύος, εος, τὸ, frigus; 740
παρὰ τὴν κροῦσιν τῶν ὀδόντων τὴν γινομένην ἐν τῷ κρύει, *à strepitu dentium
qui editur in frigore; hinc* κρυερὸς, ρὰ, ρὸν, *idem,* ν. 48. *Vid.* ὀκρυόεις,
δ. 518.

Τετραφάληρος, ου, ὁ καὶ ἡ, habens quatuor conos, *vel* clavos eminen- 743
tes, *sive* phaleras, *seu* fistulas; τετραφάληρος κυνέη, galea quatuor emi-
nentias, *sive* conos habens; *legitur* τετραφάλος, ου, ὁ καὶ ἡ, μ. 384. *idem;
à* φάλα, quoddam ornamentum galeæ; *vel à* φάληρα, τὰ, *pro* φάλαρα,
phaleræ, ornamentum equorum, et equitum, et nobilium; *hoc autem
à* φαλὸς, οῦ, splendidus; *item,* conus galeæ cui crista inseritur.

Πρυλὴς, έος, ὁ *vel* ἡ, pedes, miles propugnator; *quidam exponunt* 744
πρυλέες (*nam vix legitur in singulari*) multitudo in unum congregata.
Dicitur (*inquit Eustath.*) *quasi* περυλέες, παρὰ τὸ περᾶν· *idem* πρύλις·
item, multitudo.

Φλόγεος, έα, εον, flammeus, lucidus, rubens, *à* φλέγω, comburo, in- 745
flammo, illustro, ardeo; *aliquando,* lædo, ango.

Βριθὺς, εῖα, ὺ, gravis; *à* βρίθω, *suprà; hinc* βριθοσύνη, ης, ἡ, pondus, 746
ε. 839.

747 Ὀβριμοπάτρη, ης, ἡ, forti patre genita; *à* πατὴρ, *et* ὄβριμος. *Vide* γ. 357.

748 Ἐπιμαίομαι, attrecto, palpo, instigo, urgeo verberibus, cupio, inquiro; ἐπεμαίετο, 3. *sing. imperf. à* μαίομαι, *idem cum* μάω, cupio, *et* quæro.

Μυκάω, mugio, reboo, crepo; *quidam exponunt,* aperior, *fut.* 1. μυκάσω, *et* μυκήσω, *aor.* 2. ἔμυκον· *pro quo Ion. augmenti detractione,* μύκον, παρὰ τὸ μῦ λέγειν· *hinc* μυκηθμὸς, ȣ, ὁ, σ. 575. mugitus.

750 Ἐπιτρέπω, *fut.* ψω, curæ committo: ἐπιτέτραπται, 3. *sing. perf. pass.*

751 Ἀνακλίνω, *hîc,* aperio, *et* ἐπιτίθημι, claudo.

752 Κεντρηνεκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, stimulatus; *à* κέντρον, ȣ, τὸ, stimulus, punctum, *et* εἴκω, cedo, qui calcaribus agitur.

Τῇ, hâc viâ, hîc.

756 Ὕπατος, άτη, ατον, supremus, *pro* ὑπέρτατος, (*ab* ὑπὲρ) consul, eximius, altus, honoratus; *aliquando,* imus, *et* profundus.

758 Ὀσσάτιος, ὁ, quantus; *ab* ὅσσος, *idem, pro* ὅσος.

759 Ἕκηλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, quietus, otiosus, securus, nil turbarum movens, mitis, lenis; *ab* εἴκω, cedo; ὁ γὰρ ὑποχωρῶν ἐςὶν ἡσυχάζων.

761 Ἄφρονα τȣ̃τον, *viz.* Martem.

763 Λυγρῶς, vehementer; *à* λυγρὸς, ὰ, ὸν, gravis, molestus, perniciosus, β. 873.

Ἐξαποδίομαι, insequendo expello; *ab* ἀποδίω, expello; *à* δίω, *idem.*

765 Ἄγρει, *idem* ἄγε, age, agedum; *vox hortantis; ab* ἀγρέω, venor; *à celeritate in venatione adhibitâ transfertur; hinc* ἀγρεῖθ', *pro* ἀγρεῖτε. *Odyss.* υ. 149.

770 Ἠεροειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, tenebrosus, ater; *hîc* ὅσον ἠεροειδὲς, quantum aëris spatium quod nullis nebulis impedientibus potest transpici; *alii intelligunt,* caliginem spissi aëris quæ visui objicitur; *ab* ἀὴρ, έρος, ὁ, *et* εἶδος, εος, τὸ, species.

772 Ὑψηχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, altè sonans; ὑψηχέες ἵπποι, *ita dicuntur* παρὰ τὸ εἰς ὕψος ἀναφέρειν ἦχον τῶν ποδῶν, quòd sonitum pedum in latum efferunt; *aut quasi* μεγαλόφωνοι, quòd clarè et crebrò hinniunt; *ab* ὕψος, εος, τὸ, *et* ἦχος, ȣ, ὁ.

773 Συμβάλλω, *hîc* coëo, conjungor, commisceo.

776 Πȣλὺς, *poët. addito* υ, *pro* πολὺς, πολλὴ, πολὺ.

777 Ἀνατέλλω, oriri facio; *et generaliter,* existere facio, emitto, produco, *ut hîc; aliquando etiam neutraliter,* orior, enascor, existo; ἀνέτειλε, 3. *sing. aor.* 1. *à* τέλλω, *inusitat.*

778 Τρήρων, ωνος, ἡ, *propriè* columba, *hîc adject.* timidus. *Vid.* β. 502.

Πελειὰς, άδος, ἡ, *vel* πέλεια, ας, ἡ, columbarum quædam species; *à* πελὸς, ἡ, ὸν, niger; *sic dicta, quòd nigro sunt colore.*

Ἴθμαθ' *pro* ἴθματι, *ob sequens aspirat. ab* ἴθμα, τος, τὸ, motus, gressus, passus; *ab* ἔω, vado.

782 Εἴλομαι, conglobor, *hîc; ab* εἰλέω, volvo, arcto; εἰλόμενος, ένη, ενον, *part. præs. pass.*

Ὠμοφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cruda devorans; *ab* ὠμὸς, ὴ, ὸν, crudus, *et* φάγω, comedo.

Λείων, *pro* λέων, οντος, ὁ, *poët.* λείȣσι, *dat. plur.*

783 Κάπρος, ȣ, ὁ, aper; *hîc* σῦς κάπρος, λ. 293. σῦς κάπριος.

Χαλκεόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, vocem æream habens, *à* χάλκεος, έη, εον, æneus, 785
et φωνὴ, vox.

Στέντωρ, ορος, ὁ, Stentor, præco, *qui tantùm vociferabatur quantùm*
alii quinquaginta, ut sequitur.

Αὐδήσασχ', vociferabatur, *pro* αὐδήσασκε, *pro* ηὔδησε, *aor.* 1. *Ion. ab* 786
κὐδάω.

Ἀγητὸς, ἡ, ὸν, admirandus, stuporem excitans; *ab* ἀγαύω, admiror, 787
cum stupore miror.

Πωλέσκετο, versabatur, 3. *sing. imperf. pass. Ion. et poët. pro* ἐπωλεῖτο, 788
à verbo πωλέομαι, versor.

Οἰχνέσκω, *idem quod* οἰχνέω, recedo, progredior, versor; *ab* οἴχομαι, 790
idem οἰχέω, *Odyss.* γ. 322.

Ἐδείδισαν, *productâ secundâ syllabâ, et syncope factâ pro* ἐδεδίεισαν,
3. *plur. plusquamperf. med. ab* ἐδεδίειν, *à* δείδω, timeo; *ita et* ἐδείδιμεν,
ζ. 99. *pro* ἐδεδίειμεν.

Ἕκαθεν, procul; *ab* ἑκὰς, *idem.* 791

Ἐπορούω, *fut.* σω, hostiliter insilio, irruo, adeo; *sic hîc; ab* ὀρούω, 793
impetum do, irruo, gradu concitato feror; *quod ab* ὄρω, concito.

Ἀναψύχω, *fut.* ξω, refrigero, abstergo, desicco, *ut hîc; dicuntur et* 795
Παρὲκ, *seu* παρὲξ, *pro quo etiam scribitur* πάρεξ, extra, foris; *à* παρὰ, *et* ἐξ· *regit vel genit. vel accusat. aliquando etiam sine casu.*

Φῦκος, εος, τὸ, fucus, *id est*, genus herbæ marinæ, unde lana inficitur, alga; *hinc* φυκιόεις, έσσα, εν, algosus, ψ. 693.

11 Κλήδην, nominatim; *à* καλέω, voco.

13 Τετιηότες, *à* τετιηὼς, *pro* τετιηκὼς, υῖα, ὸς, *per syncop. à* τιέω, *antè. Vide* θ. 437.

14 Μελάνυδρος, ύδρου, ὁ καὶ ἡ, nigras effundens aquas; *à* μέλας, αινα, αν, *et* ὕδωρ, ατος, τὸ, aqua.

15 Αἰγίλιψ, πος, ὁ καὶ ἡ, altus, capris invius; *epithet. petræ, quæ à capris relinquitur, quia fastidium non possunt consequi; ab* αἴξ, γὸς, ἡ, *et* λείπω· *est et* Αἰγίλιψ, *prop. urbs Epiri,* β. 633. *adeò abrupto et excelso loco sita, ut* αἲξ ἀπολίπῃ, ipsis capris inaccessa videatur.

Δνοφερὸς, ὰ, ὸν, obscurus, tenebrosus; *à* δνόφος, ου, ὁ, caligo: *quod à* νόφος, *accessione literæ* δ. *hoc verò à* νέφος, *suprà; vel* δνόφος, *pro* γνόφος *idem, mutando* γ *in* δ *vel* δνόφες, *quasi* δόνοφος, *à* δονεῖσθαι τὰ νέφη, *quod volvantur nubes cum cœlum caligine obducitur.*

18 Ἐνέδησε, illigavit, implicuit, *3. sing. aor.* 1. *verbi* ἐνδέω.

22 Ὄλλυμι, *fut.* έσω, *aliquando est* perdo, *id est*, amitto, *ut hîc; aliquando* perdo, *id est,* perniciem infero.

32 Μάχομαι, *fut.* ήσομαι, *aliquando gen.* contendo, adversor, *ut hîc.*

35 Φὰς, *participium; à* φημι, dico.

Ἔμεν, *Ion. pro* εἶναι.

43 Παρ', *pro* πάρεστι, adest.

47 Φευγόντων, *Att. pro* φευγέτωσαν, *præs. imper. Vid.* θ. 517.

49 Εἰλήλουμεν, *pro* ἐληλύθαμεν, *poët. Vide* α. 201.

53 Περὶ, *subintellige* πάντων.

54 Ἔπλευ, *per syncop. pro* ἔπελευ· *hoc verò Ion. vel Dor. pro* ἐπέλου, *à* πέλομαι.

56 Πάλιν, contra, *hîc,* πάλιν ἐρέειν, contradico.

Ἀφρήτωρ, ορος, ὁ, qui ab omni societate cum hominibus abhorret, 63
sine cognatione; *ab α privat. et φρήτωρ, Ion. pro φράτωρ, ορος, ὁ,* contribulis: *quod à φρατρία, seu φατρία, ας, ἡ,* curia, conventus hominum, tertia pars tribûs, *apud Athenienses dictum secundùm Bud. ἀπὸ τοῦ φρεατὸς, à* puteo: *quòd qui erant ejusdem φρατρίας, communi puteo uterentur; secundùm alios, quasi πατρία, à πατὴρ, mutando π in φ.*

Ἀνέστιος, ου, ὁ καὶ ἡ, sine domo, sine lare, incertis sedibus vagans; *ab ἑστία, ας, ἡ,* focus, lar, domus, familia; *est et ἑστία,* nomen Vestæ deæ.

Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος, Ὃς πολέμου ἔραται. *Bud. exponit,* nec in deos, nec in cives, nec in familiam suam est pius, qui bello delectatur.

Ἐπιδήμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, versans in populo, popularis, civilis, domesti- 64
cus, intestinus; *hîc πόλεμος ἐπιδήμιος,* bellum civile, *vel* intestinum. *ω.* 262. *ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες,* agnorum et hœdorum publici raptores, *Odyss. α.* 194. *δὴ γάρ μιν ἔφαντ' ἐπιδήμιον εἶναι,* ipsum aiunt peregrè esse. *Eustath. exponit,* peregrè profectum domi agere; *hinc ἐπιδημεύω, Odyss. π.* 28. sum in urbe, advenio, prodeo iu lucem; *à δῆμος, ου, ὁ,* populus.

Φυλακτὴρ, ῆρος, ὁ καὶ ἡ, custos; *à φυλάσσω, antè,* 1. *hujus libri.* 66

Βασιλεύτατος, rex maximus, regno dignissimus; *à βασιλεὺς, έος, ὁ,* 69
rex: *est etiam comparat. βασιλεύτερος,* angustior, qui regiam majestatem magìs quàm cæteri præ se fert, 168. *hujus libri.*

Δαίνυμι, præbeo convivium, epulas do, *α.* 467. *à δαίνυ, per apoc.* 70
pro δαίνυθι, est et δαῖνυ, ψ. 29. 3. *pers. aor.* 2. *indic.*

Ἠμάτιος, ία, ιον, quotidianus; *ab ἦμαρ, τος, τὸ,* dies, *poëticè pro* 72
ἡμέρα.

Ὑποδεξία, *et Ion. ὑποδεξίη, ης, ἡ,* apparatus, quo quis excipitur, commoditas, *vel* opportunitas accipiendi; *ab ὑποδέχομαι,* excipere, *vel* accipere epulis; *à δέχομαι.*

Πυκινῆς, prudenti, *subintellige* consilio. 76

Ῥαίω, *fut. σω,* profligo, corrumpo, disperdo, destruo; *διαῤῥαίω,* 78
idem.

Ἀμφὶ Θρασυμήδεα, Thrasymedes, &c. *ut antè, γ.* 146. 81

Κήαντο, 3. *pl. aor.* 1. *med. à καίω,* uro, incendo. 88

Μενοεικὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, animo gratus, *seu* animum permulcens; *à μένος,* 90
εος, τὸ, et εἴκω.

Ὄνειαρ, ατος, τὸ, utilitas, emolumentum; *sed ὀνείατα, peculiariter* 91
usurpatur ab Homero pro epulis; *aliquando etiam pro* omnibus quæ in juvamen apta sunt; *ab ὄνημι,* juvo.

Βουλεύησθα, consulas, *pro βουλεύῃς,* 2. *sing. præs. subj. per Paragogen* 99
τοῦ θα.

Περὶ, *intellige πάντων.* 100

Νόος, *aliquando* sententia, *ut hîc.* 104

Ἐξ ἔτι τοῦ, ab illo tempore. 106

Ἀπομυθέω, interdico, prohibeo, dissuadeo; *à μῦθος, ου, ὁ,* sermo. 109

Ψεῦδος, *sæpè adverbialiter usurpatur pro ψευδῶς,* falsò, mendaciter. 115

Καταλέγω, *f. ξω,* deligo, conscribo; *item* censeo, enumero, *ut hîc.*

119 Λευγαλέος, έα, έον, perniciosus, difficilis, gravis, malus, ærumnosus, invalidus, *quasi* λοιγαλέος· *secundùm quosdam,* χευαλέος, *à* χεύω, *adeò ut sit idem quod* ὑγρὸς· *à* λοιγὸς, ȣ̃, ὁ, pernicies, mors.

122 Ἄπυρος, ὁ ϗ ἡ, ignis expers, ignem non expertus, *id est*, crudus; *item,* qui igni non admovetur; τρίποδας ἀπύρȣς, *id est*, τȣ̀ς μὴ ἐις πῦρ χρησίμȣς, ἀλλ' ἀναθεματικȣ̀ς, καινȣργε̃ις· τȣ̀ς κόσμȣ χάριν τιθεμένȣς ἐν τῷ οἴκῳ, tripodas non aptos qui igni admoveantur, sed qui suspendantur in ædibus ad ornamentum supellectilis, *Didym. idem dicendum de lebete* ψ. 267. ἄπυρον κατέθηκε λέβητα· *ab* α *et* πῦρ.

Τάλαντον, αντȣ, τὸ, statera, lanx, *ut antè ; aliquando etiam* id quod lanci imponitur ponderandum; *nominatim,* pondus 125 librarum; *varia erant talenta Græcorum. Macedonicum erat tres aurei. Atticum ad sex millia staterum excrevit, ut Eustath. annotat, &c. Vid. Bud.*

123 Λέβης, ητος, ὁ, lebes; *à* λάβω, libo, stillo, fundo, rigo: *quia in illo aqua* λέιβεται· λέβης *etiam aliquando significat* malluvium, *id est*, vas ad manus lavandas; *item*, pelluvium, *id est*, vas ad pedes lavandos aptum, *Odyss.* α. 137.

124 Πηγὸς, ἡ, ὸν, bene compactus, *et* compositus; *est et aliquando* niger, *ut Odyss.* ε. 388. *aliquando etiam* albus; *sed non apud Homer.* πήγνυμι, figo, struo.

Ἀθλοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, palmam ferens, *pro* ἀεθλοφόρος, *ab* ἆθλον, ȣ, τὸ, præmium certaminis; *quod ab* ἆθλος, ȣ, ὁ, *pro* ἄεθλος, certamen, *et* φέρω.

Ποσσὶν, *pedibus, metonym. pro* velocitate pedum.

Ἀέθλιον, ίȣ, τὸ, præmium certaminis, *ut suprà dicitur.*

125 Ἀλήϊος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pauper. *Vid. vers.* 138.

127 Ἠνέιγκαντο, *Ion. pro* ἐνέγκαντο, tulerunt, 3. *plur. aor.* 1. *med. verbi* φέρω.

131 Μετὰ, *subintellige* ἐκέινας.

133 Τῆς ευνῆς, *intellige* cum eâ.

134 Θέμις, ισος, *vel* ιδος, *hîc, idem quod* θεσμὸς, ȣ̃, ὁ, lex diuturna consuetudine confirmata, mos.

135 Αὖτε, *hîc*, posthac, insuper.

137 Ἅλις, satìs, abundè, *regit genit.*

Νέω, *fut.* ήσω, nato, eo, venio, neo, glomero, acervo, cumulo: *hinc* νηέω, *seu* νηνέω, glomero, cumulo, impleo, onero; νηησάσθω, 3. *sing. aor.* 1. *med. imperat.*

138 Ληΐς, ΐδος, ἡ, præda, *id est*, corpora ipsa rerum quæ capta sunt: *à* λέια, ας, ἡ, *idem, pro quo Ion.* ληΐη, *idem ;* ἀλήϊος, ίȣ, ὁ ϗ ἡ, pauper sine præda, 125. *nisi sit exponendum* ȣ̓κ ἔχων τὰ λήϊα, segetibus carens.

140 Ἔωσι, *poët. pro* ὦσι, *subjunct. præs. verbi* ἐιμὶ.

141 Οὖθαρ, ατος, τὸ, uber, mamma: *propriè in belluis ; hinc* ȣ̓͂θαρ ἀρȣ́ρης, *metaph.* ubertas soli, *id est*, uberrimum solum.

143 Θαλία, *pro* θάλεια, ας, ἡ, *ponitur substant.* omnium rerum affluentia, *seu* copia; *aliquando pro* δαὶς θάλεια, *id est*, convivium lætum.

146 Ἔδνα, *seu* ἔεδνα, τὰ, *in plurali tantùm,* dos, *id est*, munera, quæ sponsus sponsæ dat; *hinc* ἀνάεδνος, ȣ, ἡ, dote carens, indotata; *sic*

dicitur sponsa respectu sponsi, à quo sponsalium munerum nihil accepit, et parentum, à quibus nihil dotis accepit ; ἕδνα autem dicitur quasi ἥδνα, ab ἥδω, quod iis exhilaretur, et concilietur sponsa ; vel, παρὰ ἕζω, quasi ἔνδρανα καὶ στηρίγματα τοῦ γάμου.

Ἐπιμείλιον, ίου, τὸ, *seu* ἐπιμείλια, munera quibus aliquem demulcemus, *aut* illa dos quæ sponso datur; *à* μείλιον, ίου, τὸ, *idem: nam quidam scribunt disjuncta,* ἐπι μείλια, *adeò ut* ἐπὶ *per tmesin à verbo* δώσω *dividatur; alii exponunt* dotem, quâ demulcetur vir conjugem ducturus; *quòd à* μειλίσσω, mellitum reddo, *metaph.* verbis, *vel* factis demulceo; *vel à* μέλει, curæ est. 147

Βαθύλειμος, ου, ὁ καὶ ἡ, herbosus, compascuus, profunda habens prata; *à* βαθὺς, εῖα, ὺ, *et* λειμὼν, ῶνος, ὁ, pratum. 151

Νέαται, *detracto augmento pro* νενέαται· *hoc autem pro* νένηνται, *à* νένημαι, *perf. pass. verbi* νέω, *significantis* struo, acervo, *vel, à* νέω, *Ionicè pro* νάω, *pro* ναίω, habito: *adeò ut* πᾶσαι δ' ἔγγυς ἁλὸς νέαται *exponi possit,* hæc omnia oppida juxta mare habitantur, *vel* juxta mare structa sunt. 154

Πολύῤῥην, ηνος, ὁ καὶ ἡ, multas oves possidens, *et per consequens,* dives; *à* ῥὴν, ὸς, ὁ, ovis; *ab* ἄρην, *vel* ἄρς, *idem.* 155

Πολυβούτης, ου, multas habens boves; *à* βοῦς.

Δωτίνη, ης, ἡ, munus, *propriè quod consumitur; ut* vinum, vestis: *à* δίδωμι. 156

Θέμις, ιστος, ἡ, lex, *antè;* θέμιστες *etiam* tributa, *et* vectigalia, quæ principibus solvuntur, *significant;* οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας, ejus sub sceptro optima solvent tributa; *vel, ut alii exponunt,* læta perficient jura; *sunt etiam* θέμιστες, oracula, *Od.* π. 403.

Δμηθήτω, 3. *singul. aorist.* 1. *pass. imperat. à* δαμάω, *præt.* δέδμηκα, *præt. pass.* δέδμημαι, *aor.* 1. ἐδμήθην. *Vide* ἐδάμην, β. 860. 158

Ἀμείλιχος, ου, ὁ καὶ ἡ, implacabilis; *ab* α *privat. et* μειλίχιος, ία, ιον, *vel* μείλιχος, ου, ὁ καὶ ἡ, placidus, blandus; *à* μειλίσσω, *quod à* μέλι, τος, τὸ, mel; *est et* ἀμείλικτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *idem quod* ἀμείλιχος, λ. 137.

Ἀδάμαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, indomitus; *à* δαμάω *antè; est et* ἄδμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, κ. 293. indomitus: *et* ἀδμῆτις, ιδος, ἡ, ψ. 655. indomita: *et* ἀδμὴς, ῆτος, ὁ καὶ ἡ, *Od.* δ. 637. *ejusdem originis.*

Ὑφίστημι, *hîc,* cedo, ὑποστήτω, 3. *sing. aor.* 2. *imperat.* 160

Ὀνοστὸς, ἡ, ὸν, vituperandus; *ab* ὄνημι, vitupero; *hinc* ὀνοτάζω, carpo, vilipendo, *Hymn. in Merc.* 30. 164

Ἐπιόπτομαι, *sive* ἐπόπτομαι, *f.* ψομαι, aspicio, inspicio, viso; *item,* diligenti inspectione secerno, et eligo; *ab* ὄπτομαι. 167

Εὐφημέω, *fut.* ήσω, celebro, laudo; *item,* fausta precor; *item* linguâ faveo, bona verba dico, *ut hîc; ab* εὖ, *et* φημί. 171

Ἑαδὼς, *pro* ἡδὼς, υῖα, ὸς, *part. præt. med. ab* ἕαδα, *Attic. seu Ionicâ resolutione diphthongi pro* ἧδα, *præt. med. verbi* ἁνδάνω, *seu* ἅδω, placeo. 173

Ποτὸν, οῦ, *Ion.* οῖο, τὸ, potio, potus, quod bibitur; πότος, ου, ὁ, potatio, compotatio; ποτὸς, ἡ, ὸν, potulentus; *à* πίνω. 175

Δενδίλλω, oculos huc illucque verto, circumspicio, nutu et gestu moneo; *à* δινέω, volvo, *et* ἴλλω, oculis conniveo, *vel* oculos volvo; *aliquando* vincio, constringo; *ab* ἴλλος, ου, ὁ, oculus. 180

183 Γαιήοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, terram continens, qui terram suo ambitu complectitur. *à* γαῖα, ας, ἡ, *et* ἔχω· *epithet. Neptuni, vel quasi* γαίων τοῖς ὄχοις, ἵππιος *enim est; vel quasi* ἐπὶ τῆς γῆς ὀχόμενος, qui terrâ sustinetur

184 Ῥηϊδίως, facilè; *à* ῥηΐδιος, *poët. pro* ῥᾴδιος.

186 Φόρμιγξ, ιγγος, ἡ, cithara; παρὰ τὸ φροίμιον, *per syncop. pro* προοίμιον, prooemium: *præludere solitus est Apollo citharâ, deinde Musarum carmina subsequebantur; vel* φόρμιγξ, *quia* ἐπ' ὤμοις φέρεται.

193 Στὰν, *Ionicâ detractione accentus, pro* ἔσταν· *hoc verò Bœoticâ syncope pro* ἔστησαν, *aor. 2. act. ind. modi, ab* ἵστημι.

Ταφὼν, miratus, stupefactus, *part. aor. 2. verbi* θήπω. *Vid.* δ. 242.

194 Θαάσσω, sedeo, *ut dicitur priùs; idem* θακέω, *et* θακεύω, θ. 439.

196 Δεικνύμενος, *Ion. pro* δεχνύμενος, η, ον, *à* δέχνυμαι, *idem quod* δέχομαι, amicè accipio, &c.

197 Χαῖρε, *imperat. verbi* χαίρω, *aliquando est* salutantis, *ut hîc, aliquando* valedicentis: *aliquando etiam* concludentis.

Τάπης, ητος, ὁ, *videlicet* tapes, tragulum: *quasi* πάτης, *à* πατέω, calco, *vel quasi* δάπης, παρὰ τὸ δάπεδον, quòd in pavimento sternatur.

203 Κεραίρω, misceo; *à* κεράω, *idem.*

Ζωρὸς, οῦ, ὁ, merus, non mixtus; *frequentiùs utuntur comparat.* ζωρότερος, *ut hîc:* ζωρὸς *autem dicitur, quasi* ζωηρὸς, vivacior potus.

206 Κρεῖον, ου, τὸ, ahenum, vas ad recondendas carnes, carnarium: *à* κρέας, ατος, τὸ, caro; *alii accipiunt pro* κρέας· *sed* κρείων, οντος, ὁ, regnator; *à* κραίνω, perficio; *item,* regno.

Πυρὸς αὐγὴ, *exponitur ab Eustath.* locus qui ab igne ardenti illustratur, *Od.* ξ. 305.

208 Σίαλος, ου, ὁ, porcus saginatus; παρὰ τὸ ἅλις σιτεῖσθαι, quod sit affatim et pinguiter enutritus.

Ῥάχις, εως, ἡ, spina dorsi, *vel* spina *absolutè; à* ῥήσσω, frango: *sic dicta ab illâ separatione, et quasi rupturâ discernente inter dextras partes et sinistras.*

Τεθαλυῖα, *part. fœm. præt. med. à* θάλλω, *Ante.* τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, abundantem pinguedine.

Ἀλοιφὴ, ῆς, ἡ, *seu* ἄλειφαρ, ατος, τὸ, unguentum, oleum, adeps, *ut hîc, ab* ἀλείφω, ungo, lino, illino, incito, instigo, excito.

209 Ἔχεν, *intellige,* carnes.

212 Μαραίνω, marcescere facio, marcidum reddo, extinguo; ἐμαράνθη, *3. sing. aor. 1. pass. Hymn. in Merc.* 140. ἀνθρακιὴν δ' ἐμάρανε· μαραίνομαι, marcesco, elanguesco; elangueo; *dicitur* πῦρ μαραίνεσθαι, *quando paulatim collabitur, et sensim extinguitur.*

213 Ἀνθρακιὰ, ᾶς, ἡ, carbonum congeries, *seu* prunarum; *ab* ἄνθραξ, κος, ὁ, carbo: *quod dicitur quasi* ἄνθαξ, flos, ignis; *ab* ἄνθος, εος, τὸ, flos.

Στορέω, *f.* έσω, sterno, prosterno, humi dejicio.

Ἐφύπερθε, *et* -θεν, desuper; *ab* ἐπὶ, *et* ὕπερθε, *quod ab* ὑπὲρ.

214 Πάσσω, inspergo, conspergo, superinjicio; *item,* variego.

Ἅλς, ἁλὸς, ἡ, *masc.* sal; *sed fœm.* mare.

Κρατευταὶ, ῶν, *Æol.* άων, αἱ, veruum bases et fulcra, quibus imponuntur verua, dum infixæ carnes torrentur; *à* κράτος.

Ἐλεὸς, ȣ̃, τὸ, *seu* ἐλεὸν, ȣ̃, τὸ, mensa coquinaria; *sed* ἔλεος, ȣ̃, ὁ, *cum* 215
accentu in antepenult. misericordia.

Σῖτος, ȣ, ὁ, *particulariter pro* pane, *hîc.* 216

Τράπεζα, ης, ἡ, mensa: *quasi* τετράπεζα· *à* τέτταρες, quatuor, *et* πέζα,
ης, ἡ, pedis planta: *quia mensa habet quatuor pedes.*

Κάνεον, *contract.* κανȣ̃ν, canistrum; *est et* κάνειον, *Odyss.* κ. 355. *à* 217
κάνης, ητος, ὁ, *idem.*

Τοῖχος, ȣ, ὁ, paries, murus, *et general.* lateralis, *seu* latus; *à* τεῖχος, 219
εος, τὸ, murus; *sed utrumque à* τεύχω.

Θυηλὰ, ῆς, ἡ, aruspicium, primitiæ sacrorum, *seu* libamenta, *à* θύω, 220
sacrifico.

Δείδεκτο, *poët. et Ion. pro* ἐδέδεκτο, *propriè*, susceperat, *hîc* propinavit. 224

Ἐπήρατος, ἁτȣ, ὁ καὶ ἡ, amabilis, optabilis, jucundus; *ab* ἐπὶ, *et* ἐράω, 228
amo.

Δοιὴ, ῆς, ἡ, dubium: *cùm duobus menti propositis viis, nescit utram* 230
sequi debeat; à δύω, duo, *pro quo poët.* δοιὼ, *et* δοιοὶ, *idem.*

Αὖλις, ιδος, ἡ, domicilium, locus ubi pernoctatur, tentorium, castra; 232
ab αὐλὴ, ῆς, ἡ, *est et* Αὖλις, ιδος, ἡ, regiuncula Bœotiæ, quò classis
Græcorum appulit Trojanis bellum inferens, β. 303.

Τηλεκλειτος. *Vid.* ε. 491. 233

Πεσέεσθαι, *Ion. pro* πεσεῖσθαι, *à* πίπτω, *hîc*, incido, invado, irrumpo, 235
irruo.

Ἐνδέξιος, ία, ιον, qui est ad dextram, prosper, faustus; *à* δεξιὰ, ᾶς, 236
dextra.

Κόρυμβος, ȣ, ὁ, *et* κόρυμβον, ȣ, τὸ, vertex, cacumen, *præcipuè*, mon- 241
tium; *hîc* κόρυμβα, rostra, extremæ navium partes; *secundùm Eustath.*
fit à κάρα, τὸ, caput; *item*, vertex.

Μαλερὸς, ὰ, ὸν, *est epitheton ignis; exponitur*, ustivus, fervidus, luci- 242
dus; perniciosus; μαλὸς, ὴ, ὸν, tener, albus.

Φθίσθαι, *pro* φθίεσθαι. *Vid.* φθιμενος, θ. 359. 246

Μῆχος, εος, τὸ, artificium, commentum, facultas, possibilitas, consi- 249
lium; *à* μηχανὴ, *idem.*

Ῥεχθέντος, facti, *gen. part. aor.* 1. *à* ῥέζω. 250

Ἄκος, εος, τὸ, remedium, medela; *ab* ἀκέομαι, medeor, *tum propriè,*
tum metaph. ἀκεῖσθαι *autem est* ἄκος ἰᾶσθαι.

Φιλοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, benignitas; *item*, amicitia, familiaritas; 256
à φίλος, *et* φρὴν.

Κηρόθι, ex animo, ex corde; *à* κέαρ, τὸ, cor; *contract.* κῆρ. 300

Ἀπείπω, interdico, prohibeo, recuso, refero, præcisè dico. *Poët.* 309
ἀποείπω.

Ἀπηλεγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, atrox, sævus, *quasi* nullius curam *aut* respec-
tum gerens; *hinc* ἀπηλεγέως, atrociter, sævè, *sed sæpè pro* apertè,
intrepidè: *quia, quos nullius cura aut respectus movent, illi non trepi-*
dant; ab ἀλέγω, curo.

Ἧπερ, quemadmodum. 310

Τρύζω, *idem quod* τρίζω, murmuro, susurro, *vox per onomatop. sed* 311
propriè, turturis; *hinc* turtur *dicitur* τρυγὼν, όνος, ἡ.

Ἰὸς, ὰ, ὸν, idem, *hîc.* 319

320 Κάτθαν, *pro* κατέθανε, *Æol. syncop.* 3. *sing. aor.* 2. *verbi* θνήσκω.

321 Περίκειται, *hîc,* reliquum est, superest, *et velut* κειμήλιον, repositum jacet.

323 Ἀπτὴν, ῆνος, ὁ ϗ ἡ, implumis, volare non potens; *ab* α *priv. et* ἵπταμαι, volo, volas: *in dativo sing.* ἀπτῆνι, *inde* ἀπτῆσι.

324 Μάσαξ, ακος, ἡ, esca, *ut hîc, et* os, oris, labrum superius; *à* μασάομαι, mando, comedo, voro; *sed* μάσσω, pinso.

325 Ἄϋπνος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, insomnis: *quasi* ἄνευ ὕπνϐ· *ab* α *priv. et* ὕπνος, ϐ, ὁ, somnus.

Ἰαύω, commoror, tempus tero, dormio; *ab* ἴον, ϐ, τὸ, solum.

326 Διαπρήσσω, pertranseo, percurro, α. 483. *à* περάω, transeo; *fut.* περήσω· *inde per syncop.* πρήσσω, eo per.

331 Δόσκον, δόσκες, δόσκε, *poët. pro* ἐδίδων, ἐδίδως, ἐδίδω.

Δασάσκετο, *ab inusit.* δάζω, *idem quod* δαίω, divido; *aor.* 1. *med.* ἐδασάμην, ατο, *et poët.* δασάσκετο· *hinc* δάσασθαι, σ. 511. δασαίμεθα, *Odyss.* β. 335. *pro* ἐδασάμην, *est* δασσάμενοι· *Od.* γ. 66. *et Od.* ι. 42.

336 Θυμαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, animo conveniens, gratus; *à* θυμὸς, ϐ, ὁ, *et* ἄρω, apto; *est et* θυμηρὴς, *Hymn. in Terram,* 18.

341 Ἐχέφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, prudens; *à* φρὴν, animus, ὁ ἔχων φρένα.

343 Δουρίκτητος, ήτϐ, ὁ ϗ ἡ, *pro* δορύκτητος, quem hasta acquisitum, *vel* bello captum quis possidet; *à* δορυ, *et* κτάομαι.

357 Ἱρὸς, *Ion. pro* ἱερὸς, ὰ, ὸν, sacer; *ut* ἱρεὺς, *pro* ἱερεὺς, ε. 10.

360 Ἦρι, manè; ἦρ, ἦρος, τὸ, ver, *item,* tempus matutinum: *quòd tempus matutinum similitudinem quandam habeat cum verno; vel potest* ἦρ, *in hâc significatione derivari ab* αἴρω, *quòd diluculum homines ad consuetas operas excitet.*

362 Εὐπλοΐα, *Ion.* εὐπλοΐη, ης, ἡ, secunda navigatio, tranquillitas maris; *quasi diceret,* navigationis facilitas; *à* πλέω, navigo.

365 Ἐρυθρὸς, ρὰ, ρὸν, ruber; *ab* ἔρευθος, εος, τὸ, (*amisso* ε, *assumpto* ρ) robur; *propriè* eorum, qui erubescunt.

366 Πολιὸς, ὰ, ὸν, canus, albus, candidus, splendidus, *ut hîc.*

368 Ἐφυβρίζω, contumeliâ afficio, adversus aliquem injurius sum; *ab* ἐπὶ, *et* ὑβρίζω, *idem; ab* ὕβρις, εως, ἡ, injuria.

376 Ἀπέφω, *et* ἀπαφῶ, *et* ἀπαφίσκω, *Odyss.* λ. 216. fallo, decipio, *poët. idem quod* ἀπατάω. *Eustath. vult* ἀπάφεσθαι *propriè esse* δι' ἀφῆς ἀπατᾶσθαι, sensu decipi; ἐξαπαφάω, *idem.*

378 Κὰρ, *pro* κάρη, caput; *sed hîc accipitur pro* mancipio, *seu* homini nauci *et* nihili, *qualis Carum gens, quæ aliis se mancipabat.*

Αἴσῃ, *hîc,* vice, loco.

379 Δέκακις, decies; *à* δέκα, decem.

381 Νείσσομαι, *et* νίσσομαι, eo, venio; *à* νέω, *idem; hinc* ποτινίσσομαι, *Dor. pro* πρὸς, *ut dicitur.*

384 Ἐξοιχνεῦσι, *Dor. pro* ἐξοιχνϐσι, *ab* οἰχνέω, *ab* οἴχομαι, *idem,* vado, abeo.

392 Ἐπέοικα, videor, convenio, *ut hîc, ab* ἔοικα.

394 Θὴν, *hîc, est particula expletiva, interdum significat* quidem; *est etiam* θὶν, *idem quod* θὶν, acervus, cumulus.

395 Ῥύω, traho: *item,* custodio, tueor, *ut hîc.*

Γήμας, *part. aor.* 1. *verbi* γαμέω, *quasi ex* γάμω. 399
Ἐκτῆσθαι, *Ion. vel Att. secundum quosdam, pro* κεκτῆσθαι, *sic* ἔκτη- 402
μαι, *pro* κέκτημαι· *à* κτάομαι.

Τὸ πρὶν, priùs, antea; *articulus aliquando ante adverbia redundat;* 403
aut τὸ *ad substantivum antecedens* πτολίεθρον *referendum est;* πρὶν *au-*
tem posteriùs significat quàm, *quod semper ita est cùm* πρὶν *geminatur;*
legunt autem alii τοπρὶν, *uno vocabulo.*

Λαΐνος, νη, νον, lapideus; *à* λᾶς, αὸς, ὁ, lapis. 404

Ἀφήτωρ, ορος, ὁ, emissor; *sic dicebatur Apollo, ab edendis oraculis,*
ὁμοίως πᾶσι προφητεύων· *item,* jaculator; *ab* ἀφίημι, dimitto; *item,*
emitto.

Ληϊστὸς, ὴ, ὸν, bello captus, prædativus, qui prædando capi aut com 406
parari potest, parabilis, *ut hîc; à* ληΐη, *Ionicè pro* λεία, ας, ἡ, præda;
idem λεϊστὸς, *ut vers.* 408.

Κτητὸς, ὴ, ὸν, acquisibilis, qui acquiri potest; *à* κτάομαι. 407

Ἑλετὸς, ὴ, ὸν, qui capi potest; *ab* αἱρέω, *et* εἷλον. 409

Ἀμείβω, *hîc*, transeo.

Διχθάδιος, ία, ιον, duplex, geminus; *idem quod* δισσὸς, *et Atticè* 411
διττὸς, *à* διχθὰ, dupliciter, *poëtica vox, à* δὶς, *per syncop. pro* δυάκις· *à*
δύω.

Δηρὸς, ὰ, ὸν, diuturnus, diutinus, longævus: δηναιὸς, *idem, à* δὴν, diu; 415
ἐπὶ δηρὸν, *subintellige* χρόνον, in diuturnum tempus.

Παραμυθέομαι, *f.* ήσομαι, consolor, do consilium, hortor, &c. μυθέομαι, 417
dico; *quod à* μύθος, ου, ὁ, sermo.

Ὑπερέχω, teneo super, *metaph.* ὑπερέχω χεῖρα τινὸς, defendo, pro- 420
tego.

Ἀπομηνίω, *fut.* ίσω, iram depono; *vel* valde irascor; *ab* ἀπὸ, *ali-* 426
quando augente, aliquando negante, ut β. 772. *et* μηνίω, irascor; *quod*
à μῆνις, ira.

Ἀναπρήθω, *fut.* σω, incendo, uro; *item,* efflo; *hinc* δάκρυα ἀναπρήσας, 433
lacrymas magnâ copiâ effundens, et cum suspiriis et anhelitu.

Ῥητὴρ, ῆρος, ὁ, rhetor, orator, elocutor; *à* ῥέω, dico, loquor. 443

Πρηκτὴρ, ῆρος, ὁ, actor, *Ion. pro* πρακτὴρ, *à* πρήσσω, *Ion. pro* πράσσω,
vel πράττω, facio, ago.

Ἀποξύω, *fut.* σω, abrado, derado, *et generaliter,* detraho, *quasi abra-* 446
dendo, ut hîc; à ξύω.

Παλλακὶς, ίδος, ἡ, *et* παλλακὴ, ῆς, ἡ, puella, juvencula, concubina, *ut* 449
hîc; à πάλλαξ, κος, ὁ, juvenis, *à* πάλλω, vibro: *quia juvenilis ætas vi-*
ribus ad vibrandum polleat.

Ἐχθαίρω, pro inimico habeo, odio habeo, ἐχθήρειε, 3. *sing. aor.* 1. 452
opt. Æol. pro ἐχθήραι· *ab* ἔχθος, εος, τὸ, odium.

Οἰσθεὶς, εῖσα, ὲν, *aor.* 1. *ab* οἴομαι, *poëtico verbo; aliquando significat,* 453
suspicor, *ut hîc, et etiam antè.*

Καταράομαι, imprecor; *ab* ἀρὰ, ᾶς, ἡ, preces.

Ἐριννὺς, ύος, ἡ, Erinnys furia, dea infernalis, *et* peccatorum ultrix; 454
aliquando ἐριννὺς *dicitur,* qui injuriam alicui illatam persequitur, *Odyss.*
ρ. 475. *aliquando etiam,* qui fecit, *Odyss.* λ. 279. *hinc* ἐριννύειν, indig-
nari.

455 Ἐφέσσεσθαι, *poët. pro* ἐφέζεσθαι, insidere, collocare, *fut.* 1. *infin. ab* ἐφέζω, *quod componitur ab* ἐπὶ, *et* ἕζω, *antè; hinc* ἐφέσσαι, *Odyss.* ν. 274. *et* ἐφεσσάμενος, *Odyss.* π. 443.

Ἐπαρὰ, ᾶς, ἡ, imprecatio; *ab* ἀρὰ.

457 Καταχθόνιος, ἱα, ὁ καὶ ἡ, subterraneus, infernus; *à* κατὰ, *et* χθὼν, ονὸς, ἡ, terra.

Περσεφόνη, *seu* περσεφόνεια, quæ cædibus omnia vastat: *sic dicitur Proserpina; dicitur etiam* περσέφασσα, ης, ἡ, *à* πέρθω, *et* φένω, *vel quasi* φερσεφόνη, *id est*, φέρουσα φόνον.

Ἔπαινος, ου, ὁ, laus, *sed* ἐπαινὸς, ἡ, ὸν, *aliquando* dura, terribilis, *ut hîc; ab* αἰνὸς, ἡ, ὸν, gravis, *epithet. Proserpinæ.*

459 Στρωφάω, *idem quod* στροφάω, versor, circumago; *à* στροφὴ, ῆς, ἡ, versio, flexus, conversio; *à* στρέφω.

463 Θαλέθω, *idem quod* θάλλω, *antè*, α. 236.

Ἑλικὸς, ἡ, ὸν, volubilis, tortilis; *item*, niger; ἕλικες, *id est*, μέλαιναι, ἢ ἑλικοειδῆ κέρατα ἔχουσαι, ἢ ἐν ἕλει τετραμμέναι, ἤτοι ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ποδῶν, καθ' ὃ εἰλίποδες λέγονται, *Didym.* nigri boves, vel inflexa cornua habentes, vel in paludibus enutriti, vel flexis pedibus, *ut hîc; ab* εἵλιξ, *et* ἕλιξ, κος, ἡ, volumen; *est et* ἕλιξ, niger; *idem quod* ἕλικος, *ut* ἕλικος βοὸς, ο. 633. *cujus (si accentus sit in antepenultimâ) hoc* ἕλικας *est accusat. plur. est et* ἕλιξ, armillæ, σ. 401. *hinc* ἑλίσσω, *et* ἑλελίττω, *quæ omnia ab* εἰλέω, verto, volvo, circumago.

464 Εὔω, *seu* εὕω, *ut hîc*, uro, ustulo, *videlicet* admotâ flammâ asso.

Ἥφαιστος, pro igne, *ut hîc. Vid.* α. 568.

466 Εἰνάνυχες, per novem noctes: *adverb. pro* ἐννεάνυχες· *ab* ἐννέα, *et* νὺξ, κτὸς, ἡ, nox.

467 Ἔσβη, extinguebatur, 3. *sing. aor.* 2. *à* σβέννυμι, extinguo.

468 Εὐερκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, bene munitus; *ab* ἕρκος, εος, τὸ, septum; *quod ab* εἵργω, includo.

469 Πρόδρομος, ου, ὁ, præcursor, *à* πρὸ, *et* τρέχω· *ut* πρόδομος, ου, ὁ, vestibulum, anterior domûs pars. *Eustath. vult esse* interiorem domûs partem: *vult esse idem cum* αἴθουσα, *Odyss.* δ. 302. *sed secundum Didym.* θάλαμος ὁ ἔσω οἶκος τῆς αὐλῆς τὸ δὲ πρὸ τοῦ αὐτοῦ πρόδομος· αἴθουσα δὲ περίστυλον, τοῦτ' ἐστὶ πρὸς ἥλιον τετραμμένη στοὰ, παρὰ τὸ αἴθεσθαι· *à* δόμος, ου, ὁ, domus; *quod à* δέμω, exstruo, ædifico.

480 Ἐσχατιὰ, ης, ἡ, extremitas rei cujuslibet; *ab* ἔσχατος, άτη, ατον, ultimus, postremus; *ab* ἔχω, *unde* σχῶ, teneo, contineo; *quia consistimus in eo, quod ultimum est, et id nos veluti cohibet.*

483 Πάσασθαι, *aor.* 1. *med. infin. ab inusitat.* πάω, edo, gusto; *hinc* πασσάμενος, *metri gratiâ, Od.* α. 124. *cum genit.* δείπνου πασσάμενος.

485 Ὄψον, ου, τὸ, quicquid cum pane comedimus, epulæ, *vel ab* ὀπτᾶσθαι, asso; *vel quasi* ἕψον, παρὰ τὸ ἕψειν, coquo, elixo; *sed secundum Eustath.* παρὰ τὸ ὀψὲ, *id est*, sero: *quòd vesperi tantùm ejusmodi cibis vescerentur; vel, quòd serò tandem voluptatis gratiâ in usum venerit, quum antiquitus frugaliter viverent.*

Ἐπέχω, cohibeo, reprimo, contineo; *hîc verò* do, præbeo; ἐπισχὼν, *part. aor.* 2.

486 Καταδεύω, *f.* σω, madefacio, rigo; κατέδευσας, 2. *sing. a.* 1. *à* δεύω, *idem.*

Βλύζω, scaturio, mano, effundo, *et* emitto abundanter; *hinc* ἀποβλύζω, *idem; item,* evomo, per vomitum effundo, *ut hîc;* βλύζω, *autem dictum est à murmure, et sono scaturientium aquarum.* 487

Πάσχω, patior, *fut.* 1. πείσομαι, *aor.* 2. ἔπαθον, *&c.* 488

Ποιεύμενη, *pro* ποιούμενη, *Doricè.* 491

Στρεπτὸς, ἡ, ὸν, flexibilis, exorabilis, *per consequens, à* στρέφω, verto, flecto. 493

Παρατρωπάω, diverto, deflecto, ab institutâ viâ averto; παρατρωπῶσι, 3. *plur. præs. à* παρὰ, *et* τρωπάω, *quod est* τρέπω, verto. 496

Ὑπερβήῃ, *Attic. pro* ὑπερβῇ· *ab* ἔβην, *aorist.* 2. βαίνω, *quasi à* βῆμι· *verba 2dæ. conjugat. in* μι, *in subj. aor.* 2. *pro* ῶ, ῇς, ῇ, *Ionicè faciunt* έω, έῃς, έῃ, *pro quo poët.* είω, είῃς, είῃ, *et rursus vertunt hoc* ει *in* η, *ut sit* ήω, ήῃς, ήῃ. 497

Λιταὶ, ῶν, αἱ, preces; *item,* deæ præsides supplicationum, *seu* supplicum precum; *à* λίσσομαι. 498

Ῥυσὸς, *et* ῥυσσὸς, ἡ, ὸν, rugosus; *à* ῥυτὶς, ίδος, ἡ, ruga. 499

Παραβλὼψ, ῶπος, ὁ καὶ ἡ, strabus; *à* παραβλέπω, oculis obliquis aspicio, *videlicet* more strabonum.

Ἄτη, ης, ἡ, nox, damnum, clades; *item,* illa dea quæ damna et infortunia hominibus immittit, *ut hîc.* 500

Σθεναρὸς, ρὰ, ρὸν, robustus; *à* σθένος, εος, τὸ, robur.

Ἀρτίπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, qui integris pedibus est; *ab* ἄρτιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, integer, æqualis, aptus, *et* πους· *ita dicitur Noxa, quòd mundum totum pervagetur hominibus nocitura, ut sequitur.* 501

Ὑπεκπροθέω, longè præcurro; *ab* ὑπὸ, ἐξ, πρὸ, *et* θέω. 502

Στερεῶς, solidè, firmiter, constanter; *à* στερεὸς, ὰ, ὸν, solidus, integer, perfectus, *vel* solidus, *id est,* rigidus, durus, *ut hîc; ab* ἱστάναι, *quòd solida stent, et durent.* 506

Ἐπιζαφελῶς, vehementer; *ab* ἐπιζάφελος, ου, ὁ καὶ ἡ, vehemens, ardens; *à* ζαφελὴς, έος, valde durus, agrestis, iracundus; *vel,* valde auctus, vehemens; *dicitur à* ζὰ, *et* ὀφέλλω, τὸ αὔξω. 512

Ἐλέγχω, *f.* ξω, *hîc,* aspernor; ἐλέγξῃς, 2. *sing. aor.* 1. *subj.* 518

Δωρητὸς, ἡ, ὸν, muneribus placabilis, *seu* corruptus; *à* δῶρον, ου, τὸ, donum. 522

Παράῤῥητὸς, ἡ, ὸν, qui verbis flecti potest, *à* παρὰ, *et* ῥέω, dico, *ut hîc; est et* παράῤῥητὸς, adhortatorius, monitorius, ν. 720.

Μενεχάρμης, ου, *seu* -μος, ου, ὁ καὶ ἡ, gaudens, *seu* promptus in bello: *à* χαίρω, qui bellicos labores infracto sustinet animo, *et* μένος, εος, τὸ, *vel* μένων ἐν τῇ χάρμῃ, permanens in pugnâ. *Vide* δ. 222. 525

Ἐραννὸς, ἡ, ὸν, amabilis, jucundus; *ab* ἐράω, amo; *at* ἔρανος, άνου, ὁ, *Odyss.* α. 226. *est* τὸ ἐκ συμβολῆς γενόμενον δεῖπνον, cœna collatitia ex convivarum symbolis. 527

Θαλύσια, ων, τὰ, primitiæ frugum, *vel* quæ post fruges collectas diis offeruntur, maximè Cereri, *quòd eorum beneficio omnia viruissent; à* θάλλω. 530

Γουνὸς, *Ion. pro* γονὸς, οῦ, ὁ, *idem quod* γόνιμος, ίμου, ὁ καὶ ἡ, fœcundus, fertilis, uber; *est etiam substant. pro* fœcundo, *vel* fertili, solo; *ambo à* γείνομαι.

Ἀάσατο, peccavit, 3. *sing. aor.* 1. *m. pro* ἤσατο, *verbi* ἄτω. 533

Ἀλωὰ, *et* ἀλωὴ, ῆς, ἡ, campus frumentarius; *aut, secundum quosdam*, sata, *seu* segetes.

535 Χλούνης, ȣ, ὁ, *per contractionem factum, ex* χλοεύνης, *ut sit is* qui in virenti gramine cubat, *ideoque* ferus, agrestis; χλόα, *et Ion.* χλοίη, ης, ἡ, herba virens, gramen, *et* εὐνὴ, ῆς, ἡ, lectum.

Ἀργιόδους, οντος, ὁ κ̀ ἡ, albos dentes habens; *ex* ἀργὸς, ὴ, ὸν, albus, *et* ὀδȣ̀ς, οντος, ὁ, dens, *aut* magnos dentes habens; *ex* ἄρι, valde, *pleonasmo* τȣ̃ γ.

537 Προθέλυμνος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, qui radicitus et funditus extirpatur; *à* πρὸ, *et* θέλυμνον, ȣ, τὸ, fundamentum; *à* θέμηλον, *idem ;* προθέλυμνος *autem habet et aliam significationem : ut, v.* 130. σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ, clypeos clypeis densis, *est enim* προθέλυμνος *aliquando idem quod* ἐπ' ἀλλήλους, *et, ut quibusdam placet, in hoc loco est in hâc significatione intelligendum : ut* θέλυμνα δένδρεα *sit* τὰ ἐπαλλήλως ἔχοντα τοὺς κλάδȣς, arbores confertis densisque ramis.

538 Ῥίζα, ης, ἡ, radix : *quasi* ῥεῖζα, *à* ῥέω, fluo; *quia radices undique diffunduntur ; vel quòd per radices vita plantis influat,* Coul. ῥίζῃσι, *Ion. pro* ῥίζαις.

Ἄνθος, εος, τὸ, flos, *ab* ἄνω θέειν, quòd sursum ascendat : *per metaph. quodcunque excellit, dicitur* ἄνθος, *ut Iliad. v.* 484. ἥβης ἄνθος, flos juventæ.

Μῆλον, ȣ, τὸ, malum, pomum; *à* μηλέα, ας, ἡ, quædam species arboris, *videlicet* arbor pomaria; *et ut* pomum *apud Latinos, sic* μῆλα *apud Græcos, omnia fructuum genera significat, ut hîc ;* μῆλον *est etiam* ovis, *ut antè : à* μῆλον, malum, *est* μήλωψ, οπος, ὁ κ̀ ἡ, pomacei coloris, *Odyss.* η. 104.

550 Οἰδαίνω, *seu* οἰδάνω, tumefacio; *à quo* οἰδάνομαι, tumefio, *vers.* 642. *hujus libri, ab* οἰδέω, *Odyss.* ε. 455. *seu* οἰδάω, tumeo, inflatus sum; *quod ab* οι, *et* δέω, *inquit Martin. vel ab* οἶδα, novi; *quia tumida sunt depressis noscibiliora, sive magìs conspicua, Harm.*

553 Καλλίσφυρος, ου, ὁ κ̀ ἡ, pulchra habens calcanea; *à* σφυρὸν, ȣ̃, τὸ, planta pedis; *quod deducitur à* σφύρα, ας, ἡ, malleolus, *ob mallei similitudinem.*

558 Ἐπώνυμος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, *quasi diceret,* supernominis, addititius ad nomen, agnomen, cognomen; *item,* nomen impositum alicui, ob convenientiam quandam rei quæ in personâ est, et nominis; *item,* denominatus, qui nomen traxit; *ab* ὄνομα, ατος, τὸ, nomen.

559 Πολυπενθὴς, έος, ὁ κ̀ ἡ, multùm lugens, miser, luctu plenus; *à* πολὺς, *et* πένθος, εος, τὸ, luctus.

561 Παρακαταλέγομαι, adcubo; *à* λέγομαι, cubo; παρκατέλεκτο, *pro* παρακαταλέλεκτο, *per syncop. adjecto etiam augmento, 3. sing. plus. perf. pass.*

564 Πολύφορβος, ου, ὁ κ̀ ἡ, *vel* -βος, η, ον, multum pabulum, *seu* escam præbens; *à* φορβὴ, ης, ἡ, pabulum, *et* generale alimentum; *à* φέρβω, pasco, nutrio, alo : *dictum putatur, quasi* φέρω βίον.

566 Πρόχνυ, *adverb.* in genua, *existimatur dictum per syncop. pro* πρόχονυ; *et hoc, pro* προγόνυ, χ *pro* γ, *à* γόνυ, γόννος, τὸ, genu; *est et aliquando* funditus, radicitus, φ. 460.

557 Ἠεροφοῖτις, ιδος, ἡ, quæ in tenebris vagatur; *ab* ἠερόφοιτος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, *quod ab* ἠὴρ, *et* φοιτάω.

Ἐρέβευσφιν, ex erebo, *vel* ex tenebris, *addito* φιν *genitivo nominis* ἔρεβος, εος, τὸ, erebus, orcus, *seu* caligo orci; *quod ab* ἔρα, ας, ἡ, terra; *hinc* ἐρεμνὸς, ἡ, ὸν, *pro* ἐρεβεννὸς, ἡ, ὸν, *idem*, tenebrosus. 563

Ἐλλίσσοντο, supplicabant, 3. *plural. imperf. passiv. verbi* λίσσομαι. 570

Πεντηκοντόγυος, ου, qui quinquaginta jugerum est; *à* πεντήκοντα, quinquaginta, *et* γύα, *sive* γυῖα, ας, ἡ, arvum; *item*, arvi spatium, *seu* jugerum. 575

Ψιλὸς, ἡ, ὸν, tenuis, *ut Odyss.* μ. 421. *significat* glaber, nudus; *ubi observandum aliquid sæpè dici* ψιλὸν, *omisso genitivo ejus rei quæ desideratur: ut*, δέρμα ψιλὸν, *Odyss.* ν. 437. *scilicet*, τριχῶν· *et hîc* ἄροσις ψιλὴ, *sive* γῆ ψιλὴ, *scilicet*, βοτάνης, terra nuda et non consita; *dicitur autem* ψιλὸς, παρὰ τὸ ψῶ, extenuo, *cujus omnia* ἀπέψισαι, attenuata, expilata sunt; *vel*, παρὰ τὸ ψῶ, tango; εὐχερῶς γὰρ ἅπτεταί τις τοῦ ψιλοῦ, tenuia enim ad manum contrectantur. 576

Ἄροσις, εως, ἡ, aratio, *aliquando* ager frumentarius; *ab* ἀρόω, aro.

Λιτανεύω, *fut.* σω, *idem cum* λίσσομαι, *à quo fit: idem* λίτομαι. 577

Οὐδὸς, *oxyton.* οῦ, ὁ, limen; οὖδος, εος, τὸ, *properisp. et* οὖδας, ατος, τὸ, *antè. Vide* ι. 734. 578

Σανὶς, ίδος, ἡ, tabula, asser; *apud Homer. sæpè* σανίδες *sunt* valvæ. 579

Γουνόομαι, οῦμαι, genua amplectens oro, suppliciter oro, *à* γόνυ, *à* γούνος, *pro* γόνυος, *genit.* γόνυ· *est et* γουνάζομαι, *idem*, α. 427.

Κεδνὸς, ἡ, ὸν, dignus cujus curâ geratur; *item*, in pretio habendus ob virtutem aliquam; *item*, venerandus; *item*, prudens, honestus; *à* κῆδος, εος, τὸ, cura. 582

Ἁλώῃ, *Atticè, pro* ἁλοίη, captus sit, *vel* caperetur; *quod est 3. sing. aor. 2. activi optat. mod. à themate* ἅλωμι, *aor. 2. significat passivè.* 588

Ἀμαθύνω, perdo, destruo, in cineres, *vel* arenam redigo; *ab* ἄμαθος, ου, ἡ, arena, sabulum: *hoc autem ab* ἄμμος, ου, ἡ, *idem.* 589

Βαθύζωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, altè, *seu* profundè succinctus; *quidam hoc epitheton barbaricum mulierum esse voluerunt: sed in genere*, formosus, pulcher, *ut hîc; à* βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus, *et* ζώνη, ης, ἡ, zona, cingulum. 590

Vide ἄττα, *vel* ἄσσα, α. 553. 603

Ἀϋτμὴ, ῆς, ἡ, halitus, spiritus, vapor, fumus; *unde Od.* π. 290. πυρὸς ἀϋτμή· *idem* ἀϋτμὴν, ένος, *ab* ἄω, spiro. 605

Συγχέω, *fut.* εύσω, confundo, confundendo misceo, *igitur* destruo, *Il.* ο. 364. conturbo, turbo, *ut hîc; item*, enervo, dejicio, *seu* prosterno, *Il.* ο. 473. 608

Κρανέεσθαι, *Dialysi Ionicâ, pro* κρανεῖσθαι, absolutum iri, *fut.* 1. *vel* 2. *infin. med. à* κραίνω, *fut.* κρανῶ, *med.* κρανοῦμαι. *Fit quasi* καραίνω, *à* κάρα· *aliquando etiam significat*, regno, impero; κραιαίνω, effectum reddo, *per pleonasm.* τοῦ αι. 622

Νηλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *pro* νηλεὴς, crudelis, immisericors; *ex* νὴ, *et* ἐλεέω, misereor. 628

Ποινὴ, ῆς, ἡ, pœna; *item*, merces, præmium, pretium, quo injuria pensatur, *ut hîc.* 629

630 Ἀποτίω, *fut.* σω, punio, pœnas luo, exsolvo; *à* τίω, honoro, punio, ulciscor, persolvo, solvo, *ut hîc.*

636 Ὑπωρόφιος, ιυ, ὁ κὴ ἡ, qui sub tecto *seu* camerâ est, domesticus: *ab* ὑπὸ, *et* ὀροφὴ, ῆς, ἡ, contignatio, qualis est tectorum: *quod ab* ἐρέφω, tego, tectum impono.

637 Μέμαμεν, *vide* μέματον, *antè,* ϑ. 413.

643 Ἀσύφηλος, υ, ὁ κὴ ἡ, vilis, abjectus, nullius pretii, stolidus; *ab* ἄτω, noceo, *et* φῆλος, ου, ὁ, impostor, fallax; *exponunt quidam* insipiens, stolidus, *adeò ut etiam derivari possit à* σοφὸς.

644 Μετανάστης, υ, ὁ, *et* μετανάστιος, ου, ὁ κὴ ἡ, qui sedibus suis relictis, aliò habitatum se contulit; *exponitur* pulsus patriâ, exul, peregrinus, inquilinus, *ut hîc; à* μετὰ, *et* ναίω.

649 Σμύχω, *f.* ξω, attero, absumo; *item,* exuro, incendo, igne vasto, *ut hîc; hinc* κατασμύχω.

650 Τῆ 'μῆ, *per synæresin,* pro τῆ ἐμῆ.

657 Κῶος, ἑος, τὸ, pellis ovina, ovinum vellus; *dicitur per pleonasm. ut et* κῶας, *Odyss.* τ. 58. *pro* κῶς, *idem: quod dicitur* παρὰ τὸ ἐπ' αὐτῦ κοιμᾶσθαι.

Ῥῆγος, εος, τὸ, culcitra; *à* ῥήγνυμι.

Λεπτὸς, ἡ, ὸν, tenuis, exiguus, parvus, instar corticum et squamularum quæ alicunde avelluntur; *à* λέπω, decortico; *hinc* λεπταλέος, έα, έον, *idem,* σ. 571.

Ἄωτον, υ, τὸ, flos, *ex* ἄω, *idem cum* πνέω· *est* flos, *seu* præstantissimum cujuslibet rei; *est et* ἄωτος, υ, ὁ κὴ ἡ, auribus carens: *ab* α *privat. et* ὖας, ατος, τὸ, auris.

667 Ἀνάςαδον, surgendo, more eorum qui surgunt; *ab* ἀνίςημι.

669 Πολύαινος, υ, ὁ κὴ ἡ, multùm laudatus, laudatissimus; *ab* αἶνη, ης, ἡ, laus.

672 Πολύτλας, ὁ κὴ ἡ, multa passus, nobilis, *per consequens: à* πολὺς, *et* τλάω, tolero.

696 Ἐνίημι, *fut.* ήσω, *p.* ῆκα, immitto, infundo, insero.

701 Τεταρπόμενος, *Ion. et poët. anadiplasiasmo, pro* ταρπόμενος, η, ον, *aor.* 2. *med. à* τέρπω, delecto.

CLAVIS HOMERICA

IN K'. ILIADIS.

1 ἈΡΙΣΤΗ͂ΕΣ, *Ion. pro* ἀριστεῖς, *ab* ἀριστεύς, έος, ὁ. ἀριςῆες, *apud Hom. dicitur pro* optimatibus, *et* proceribus, *et* iis qui principem in civitate locum tenet; *sicut et apud Latinos* Optimates: *quia, qui cæteris honore præstant, excellere præ omnibus virtute debent;* ἀριςεὺς *aliquando adjectivè,* præstantissimus, *ut* ἀριστῆα πρόμον, γ. 44. opti-

nium propugnatorem; *ab* ἄριστος, η, ον, optimus Marte; παρὰ τὸ Ἄρης, Mars.

Δεδμημένος, η, ον, domitus; *à* δμάω, *pro* δαμάω, domo; *est et* δεδμημέ- 2
νος, ædificatus. *Vid.* ζ. 245.

Γλυκερὸς, ρὰ, ρὸν, *à* γλυκὺς, εῖα, ὺ, *idem*; παρὰ τὸ γλεῦκος, εος, τὸ, mus- 4
tum, succus dulcis.

Χάλαζα, ης, ἡ, grando; *dicitur quasi* ἐκ τοῦ ἄνω πρὸς τὰ κάτω χαλωμέ- 6
νη, ex aëre in terram demissa.

Νιφετὸς, οῦ, ὁ, *et* νιφὰς, άδος, ἡ, nix; *à* νίφω, ningo. 7

Χιὼν, όνος, ὁ, nix: *quasi* χεὼν· *à* χέω, fundo.

Παλύνω, *Ion. pro* ἐπιπάσσω, inspergo; *exponitur*, misceo, humecto, albefacio: *propriè, de* farinâ *dicitur, ut Odyss.* κ. 520. *aliquando de* nive, *ut hîc; à* πάλη, ης, ἡ, lucta; *item*, tenuissima farina; flos farinæ; παιπάλη, ης, ἡ, *idem.*

Πευκεδανὸς, ἡ, ὸν, amarus; *à* πεύκη, ης, ἡ, amaritudo; πευκεδανοῖο πτο- 8
λέμοιο, amari belli. *Homerus (ait Etym.)* bellum piceum *vocat, à piceâ, quæ facilè comburitur; frequentissimè autem bellum cum igne comparat, quod pugnantium sanguis incalescat; vel,* bellum amarum; *quia picea est amara.*

Ἀναστοναχίζω, vehementer suspiro, graviter ingemisco; *à* στοναχίζω, 9
idem quod στένω.

Νειόθεν, ex imo, *pro* νειάτοθεν, *per syncop. à* νείατος, *pro* νειότατος, infi- 10
mus, *superl.* τοῦ νεῖος, novellus, recens, *Ion. pro* νέος.

Σύριγξ, ιγγος, ὁ, fistula, *propriè*, pastoria; *à* συρίσσω, *seu* -ίττω, *Attic.* 13
vel συρίζω, sibilo, sibilum edo, fistulâ cano.

Ἀλεξίκακος, ου, ὁ καὶ ἡ, depulsor mali, *seu* malorum, remedium ma- 20
lorum: *nam tam de rebus, quàm personis dicitur: ab* ἀλέξω, arceo, et κακὸς, ἡ, ὸν, malus.

Δαφοινὸς, ἡ, ὸν, *hîc*, rufus, rubens maculis rubris. *Vide* β. 308. *est* 23
et δαφοίνεος, ου, ὁ καὶ ἡ, cruentus, σ. 538.

Ἕσσατο, *pro* εἵσατο, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi* ἕννυμι, *sive* ἕω· *est et* ἕεστο, *plusq. perf. pass. pro* εἷστο, μ. 464. *ab eodem.*

Αἴθων, ardens, *antè*, β. 839. *hîc*, fulvus. 24

Ποδηνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, usque ad pedes dependens; *ab* ἠνεκὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, porrectus in longitudinem, *interdum* perpetuus, continuus; ποδηνεκὲς δέρμα λέοντος, pellis leonis ad talos usque demissa, quam gestabat Agamemnon heroum more.

Βλέφαρον, ου, τὸ, pellis oculis obducta, et illos tegens, palpebra; 26
dicitur quasi τοῦ βλέποντος φάρος, peplum oculi intuentis; *vel,* παρὰ τὸ ἐν τῷ βλέπειν αἴρεσθαι, quòd attollamus palpebras cùm cernimus et intuemur.

Ἱζάνω, *tempora sumit ab* ἱζέω, *idem,* sedere facio, sedeo; *quod ab* ἵζω, sedere facio, sedeo; ἐφιζάνω, insideo; *aliquando* instituo, *ut* ψ. 250. ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα, certamen latum instituit.

Ὑγρὰ, *seu* ὑγρὴ, *Ion. interdum, ut hîc, sumitur substantivè pro* ὑγρὰ 29
κέλευθος, mare, pelagus; *ab* ὑγρὸς, ρὰ, ρὸν, humidus; *et metaph.* mollis, tener; *ab* ὕω, pluo.

30 Στεφάνη, ης, ἡ, galea *sæpè, seu* quicquid coronæ more cingit caput.

38 Ἐπίσκοπος, ου, ὁ, inspector, explorator, speculator, *à* σκοπὸς, *idem; hoc autem à* σκέπτομαι, circumspicio, dispicio; *hinc etiam* σκοπιάζω, speculor, ex speculâ observo.

41 Θρασυκάρδιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, audax; *à* θρασὺς, εῖα, ὺ, *et* καρδία, ας, ἡ.

44 Κερδαλέος, έα, έον, *hîc*, astutus, vafer, callidus, prudens; *à* κέρδος, εος, τὸ, lucrum: *aliquando* astutia.

46 Ἱερὸν, οῦ, τὸ, *substantivè*, sacrificium, victima; *ab* ἱερὸς, ὰ, ὸν, sacer.

52 Δολιχὸν, *adv.* diu, longo tempore: *à* δολιχὸς, ἡ, ὸν, longus; δολιχὸς *enim dicitur tam de* longitudine temporis, *quàm* extensionis.

55 Ἀνστήμεναι, *pro* ἀναστῆναι, *Atticè et Dor. aor. 2. infin.*

56 Ἀβροτάζω, *fut.* σω, aberro in viâ, *aut* in nocte evagor; *ab* ἀβρότη, ης, ἡ, nox: *quod aliquando per se ponitur; vel cum nomine* νὺξ *jungitur; fit à* βροτὸς, mortalis, *præfixo* α *priv. quòd noctu lateant mortales.*

67 Φθέγγομαι, *fut.* ξομαι, loquor, vocem edo, clamo, *ut hîc.*

Ἐγρηγορθαι, erigi, *pro* ἐγρηγορέναι, *pleonasm.* τοῦ θ, *et syncop. literarum* ε *et* ν. *est perfectum infinitivi medii, cujus indicat.* ἐγρήγορα, *ab act.* ἐγρηγορέω, vigilo. *Eustath. formari dicit ab* ἐγείρω, *cujus præt.* ἤγερκα, *med.* ἤγορα, *et Atticè* ἐγήγορα, *et cum pleonasmo literæ* ρ, ἐγρήγορα, *unde novum thema* ἐγρηγορέω, *cujus præt.* ἐγρήγορκα, *pro* ἐγρηγόρηκα· *hinc pass.* ἐγρήγορμαι, *pro* ἐγρηγόρημαι, *cujus infin.* ἐγρηγορέναι, *Æol.* ἐγρήγορθαι, *infinitivi enim qui habent* ορ *ante finalem* θαι, *Æolici sunt, et Æolico more fiunt proparoxyt. Vide* ἐγρήγορθε, *Il.* η. 371.

Ἄνωχθι, 2. *sing. imper. pro* ἀνώγηθι, *per syncop. ab* ἀνώγημι, jubeo, γ *etiam in* χ *mutato propter* θ *sequens: ut* νύχθ' ὅλην, *pro* νύκτα ὅλην. *fit* κέκραχθι, *pro* κεκράγηθι, *aut* ἄνωχθι, *pro* ἄνωγε. *Poëtæ enim etiam gravitonos imperativos aliquando terminant in* θι *hinc* ἀνώχθω, λ. 189. *et* ἄνωχθε, *Odyss.* χ. 437.

69 Μεγαλίζω, *fut.* σω, magnificè effero, extollo: μεγαλίζομαι, superbio; *à* μέγας.

71 Ἵει, *pro* ἵεε· *hoc autem pro* ἵη· *ab* ἵην, *imperf. med. verbi* ἵημι, mitto, injicio.

81 Ἐξερεείνετο, interrogabat, 3. *sing. imperf. med. verbi* ἐξερεείνω, *ab* ἔρω, dico.

83 Ὀρφναῖος, α, ον, tenebrosus, obscurus, ater, niger; *ab* ὄρφνη, ης, ἡ, *et Doricè* ὄρφνα, tenebræ, obscuritas: *quod ab* ἐρέφω, tego.

84 Οὐρεὺς, έος, ὁ, custos; *ab* οὖρος, ου, ὁ, *in quâ significatione ab* ὁράω, *derivatur, ut Eustath. annotat.*

91 Πλάζομαι, vagabundus jactor; *à* πλάζω, errare facio.

94 Ἀλαλύκτημαι, erro, molestè fero, metuo, non sum animi compos, *poët. verbum; ab* ἀλυκτέω, idem, cum *pleonasmo* τοῦ λα, *vel ab* ἀλύσσω, anxius sum, indignor, insanio, tremo; *quod ab* ἀλύω, errabundâ mente et incertâ afficior, gaudeo, superbio, tristor.

96 Δραίνω, *idem quod* δράω, facio.

98 Ἀδδηκότες, *metri gratiâ, pro* ἀδηκότες, *pro* ἀηδηκότες, *quod est participium præt. temporis, poët. pro* ἠηδηκότες, *à themate* ἀηδέω, labori-

bus defessus sum, tædio afficior, *propriè*, suavitatem non percipio; *ab* ἡδὺς, *vel* ἁδέω· *unde* ἀδδηκότες, *poët. pro* ἡδηκότες· *ab* ἄδω, satio; *satietas enim tædium parit; sed* ἁδέω, placeo.

Ἴδμεν, *Doricè et Æolicè, pro* ἴσμεν· *hoc autem per syncop. pro* ἴσα- 100
μεν· *ab* ἴσημι, scio; *vel, per syncop. pro* ἴδομεν, *ab* εἴδω.

Μενοινάω, *fut.* ήσω, impetu quodam animi concitatus cupio; *à* μενοι- 101
νὴ, ῆς, ἡ, impetus, *seu* cupiditas animi ad aliquid agendum; *à* μένος, εος, τὸ, animus, animi ardor, *seu* impetus irati animi; *pro eodem dicitur* μενοινέω, *μ.* 59. *et* -όω, *ν.* 79.

Οὔθην, non equidem, non omnino, nequaquam. 104

Ἑκαστάτω, longissimè, maximè procul; *superl. ab* ἑκὰς, procul; 113
ἑκαστέρω, magis procul, *comparat.*

Αἰτιάομαι, causam attribuo, *seu* assigno, accuso, imputo; *ab* αἰτία, 120
ας, ἡ, causa, ratio; *item*, culpa, crimen; αἰτιάασθαι, *poët. pro* αἰτιᾶσθαι, *hinc* αἰτιόωνται, *pro* -ῶνται, *Odyss. α.* 32. *Il. λ.* 653. αἰτιόωτο *in optat. pro* -άοιτο· *et Odyss. ν.* 135. αἰτιόῳο, *pro* αἰτιάοιο.

Μεθίημι, *fut.* ήσω, *hîc*, cesso, negligens sum, ignavè me gero; *ali-* 121
quando cum genit. ut ν. 114. μεθιέμεναι πολέμοιο· *aliquando cum infin. ut ν.* 234. μεθίησι μάχεσθαι.

Ἐφίστημι, *fut.* ἐπιστήσω, sisto juxta, appono, admoveo, *aor.* 2. ἐπίστην, 124
significat neutraliter adsisto, *ut etiam de simplici* ἔστην *dictum est.*

Ἐπιφράζω, indico; *item*, moneo, admoneo, suggero. Ἐπιφράζομαι, 127
animadverto, intelligo, considero: *à* φράζω, dico, *aliquando* jubeo, *cujus aor.* 2. *et* ἔφραδον.

Φοινικόεις, εσσα, εν, Phœniceus, purpureus; *à* φοῖνιξ, *antè. Vide δ.* 133
141. *et ζ.* 210. *est et* φοινήεις, εσσα, εν, *μ.* 202. *idem.*

Ἐκτάδιος, ία, ιον, extensus; *item*, amplus, qui longè, latéque exten- 134
di potest, *ut hîc; à* τείνω.

Οὖλος, integer sanus, integer perfectus, *pro* ὅλος, *Odyss. ρ.* 343. *est etiam* tener, mollis, *ut Iliad. π.* 224. *et* contortus, *ut hîc; ab* εἴλω, contorqueo (*à quibus* οὐλοκάρηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, crispo capite, *Od. τ.* 246. οὐλόπους, δος, ὁ καὶ ἡ, integer pedibus. *Hymn. in Merc.* 137. *et* οὐλοχύτης, ου, α. 449.) *est et* οὖλος, exitialis, *ut Il. ε.* 717.

Ἀκαχμένος, *pro* ἠκασμένος, η, ον, acutus: *mutato* σ *in* χ, *et amisso* 135
augmento, part. præt. pass. verbi ἀκάζω, acuo, *secundum quosdam, per syncop. pro* ἀκαχημένος, *part. præt. pass. verbi* ἀκάχημαι, tristitiâ afficio, *adeò ut* ἔγχος ἀκαχμένον *exponi possit* hasta dolorifica, *quòd ictu suo* ἄχος *offerat; ut etiam* ψυχρὸς, χαλκὸς, *eò quòd lethale frigus inferat.*

Βεβίηκα, *perf. à* βιάω, vim affero, urgeo, opprimo; *à* βία, ας, ἡ, vis. 145

Σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, cuspis in imo hastæ ferro transversa; *seu* ferra- 153
mentum concavum, mucronatum, cui extrema hastæ pars inserta efficit, ut erigatur, et solo depangatur; *quasi* σαυρωτὴρ, *à* σαυρόω, palum depango.

Στρώννυμι, *et* στρωννύω, *à* στορέω, *per syncop. idem*, sterno, substerno, 155
fut. στρώσω, *præter.* ἔστρωκα, *pass.* ἔστρωμαι, *aor.* 1. ἐστρώθην, ἔστρωτο, 3. *sing. plusq. pass.*

Ἄγραυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, in agro stabulans, *seu* pernoctans; *ab* ἀγρὸς, οῦ, ὁ, ager, *et* αὐλὴ, ῆς, ἡ, stabulum.

159 Ἀωτέω, flores carpo; ὕπνον ἀωτεῖν, *est* dormire somnum suavem, curis solutum, et quasi floridum. *Vid.* ἄωτον, ι. 657.

160 Ἀΐω, *poët.* audio; *aliquando cum genit. ut Odyss.* ξ. 266. *aliquando cum accus. ut* 532. *hujus libri; aliquando significat* exspiro; *ut* ο. 251. φίλον ἄϊον ἦτορ, charam exspirabam animam.

Θρωσμὸς, οῦ, ὁ, tumulus, collis, eminentior locus, qui quasi è terrâ subsilit, *à* θρώσκω, salio.

164 Σχέτλιος, ία, ιον, patiens, *hîc*. *Vid.* β. 112.

165 Οὔ νυ, annon?

167 Ἀμήχανος, ου, ὁ καὶ ἡ, minimè solers, *hîc*, indefatigabilis; *est et* ἀμήχανος, *pro* κακομήχανος. *Vide antè*, θ. 130.

173 Ἀκμὴ, ῆς, ἡ, cuspis, acies; *ab* ἀκὴ, *idem, pleonasmo* τοῦ μ.

Ξυρὸς, ρὰ, ρὸν, acutus ad radendum, *et* scalpendum idoneus; *à* ξύω, *idem quod* ξέω, rado, scalpo, polio; ξυρὸς *autem aliquando substant. ut hîc,* culter tonsorius, *aut* novacula; *hinc proverbium, ut hîc apud Homêr.* ἐπὶ ξυροῦ ἵστασθαι ἀκμῆς, *dicitur res, quæ in summo discrimine sita est.*

182 Ἐγρηγορτὶ, vigilanter; *ab* ἐγρηγορέω, vigilo.

183 Δυσωρέω, *fut.* ήσω, difficulter custodio, *à* δύσουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, custoditu difficilis; *ab* οὖρος, ου, ὁ, custos.

184 Κρατερόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, fortis, prudens, truculentus, ferox, *ut hîc; à* κρατερὸς, ρὰ, ρὸν, fortis, robustus, *et* φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

189 Τετράφατο, *Ion. pro* τετραμμένοι ἦσαν· *à* τρέπω.

193 Χάρμα, ατος, τὸ, gaudium, *antè*, γ. 51. *hîc autem quòd gaudium et lætitiam afferat,* ludibrium.

197 Ἤϊσαν, iverunt; *secundum quosdam* 3. *plur. præt. imperf.* εἶν, *pleonasmo* τοῦ η, *pro* ἴσαν, *ab* εἶμι, vado; *secundum alios, aor.* 1. ἤϊσαν, *quasi ab* ἄω, *pro* εἶσαν *diphthongo dissolutâ, et* ε *verso in* η· *secundum alios plusq. perf.* ἠΐειν, *et per syncop.* ι, *etiam subscripto* ᾔειν, *cujus* 3. *plur. esset* ἤεισαν, *ex quo detracto* ε, *fit* ἤισαν· *sed tum* ι *esset subscriptum.*

198 Ἑδριάομαι, sedeo; *ab* ἕζομαι, *idem.*

202 Πιφαύσκω, *inserto* υ, πιφάσκω· *hoc verò per reduplicationem fit à* φάσκω, *idem quod* φημὶ, dico, loquor; *à* φάω, dico; *est etiam* πιφαύσκω, in lucem profero; *à* φάω, *idem.*

204 Οὐκ ἂν, nonne?

205 Τολμήεις, εσσα, εν, audax, intrepidus, tolerans; *à* τόλμα, ης, ἡ, audacia.

207 Φήμις, εως, ἡ, fama, rumor; *à* φάω, dico.

212 Ἀσκηθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, illæsus, incolumis; *ab* ἄσχετος, qui retineri non potest, quem nemo prohibeat ab agendo; *est et* ἀσκεθὴς, *per* ε, *idem, Odyss.* ξ. 255.

Ὑπουράνιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, qui supra cœlos est; *item,* cœlestis, *ut hîc significare potest.*

215 Ὑπόῤῥηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, *et* ὕπαρνος, ου, ὁ καὶ ἡ, ovis, supra se, *vel* in se agnum habens; *ab* ἄρς, ἀρνὸς.

217 Δαίτη, ης, ἡ, epulum; *à* δαὶς, τὸς, ἡ, *idem.*

Κτέρας, τος, τὸ, res possessa; *est et* donum, ω. 235. *à* κτάομαι.

Εἰλαπίνη, ης, ἡ, epulum, convivium opiparum, compotatio; *à* λάπτω, *vel* λαπάζω, inanio, evacuo; *quoniam tali convivio, apparatus et sumptus magni devorantur, et quasi inaniuntur; aut, secundum antiquos grammaticos, ab* εἵλη, ης, ἡ, agmen, grex, congregatio, *et* πίνω, bibo; *vel, ab* εἵλη, *idem quod* ἕλη, ης, ἡ, calor solaris; *quòd in his compotationibus incalescunt potatores; hinc* εἰλαπινάζω, epulor, convivor, ξ. 241. *et* εἰλαπιναστὴς, ῦ, ὁ, ρ. 577. conviva.

Θαρσαλέος, έα, έον, fiduciâ præditus; fidens animo, audax; *hîc* θαρσαλεώτερον, major audacia, *substantivè; à* θάρσος, εος, τὸ, fiducia. 223

Βράσσων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *comparat. poët. pro* βραδίων· *à* βραδὺς, εῖα, ὺ, tardus; *est etiam* βραδύτερος, *superl.* βραδύτατος, *et* βράδιστος, *pro quo poët.* βάρδιστος, ψ. 310. 226

Φαίνομαι, *hîc*, adsum, in conspectu sum. 236

Χείρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pejor, deterior, inferior, vilior; *à* χεὶρ, manus; *nam propriè significat*, ὁ ταῖς χερσὶν ἥττων, qui manum robore superatur; *vel*, ὁ διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τῷ ζῆν, qui victum manuum operà quæritat. *pro* χείρων, *legitur* χερειότερος, β. 248. *et* χερείων, α. 114. *in dat.* χέρηϊ, α. 80. *accus.* χέρηα, *Od.* σ. 228. *et in plur.* χέρηες, *Od.* ο. 323. 238

Ἄνω, *poët. pro* ἀνύω, *et* ἄνομαι, *pro* ἀνύομαι, perficio, conficio, perago, propero, festino. 251

Μοῖρα, ας, ἡ, *hîc*, pars. 253

Ἀμφήκης, εος, ὁ καὶ ἡ, utrinque acutus, *aut anceps; ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, mucro, *ab* ἀμφὶ ἀμφὶ ἀκὴν ἔχων. 256

380 Μάρμαρος, άρȣ, ὁ καὶ ἡ, albus, π. 735. *vel substantivè sumitur pro* μάρμαρος λίθος, *ut hîc; à* μαρμαίρω, splendeo, rutilo: *nam quæ candicant, ea ex se splendorem vibrant: est et aliquando* marmor.

384 Ἀράσσω, *seu* ἀράττω, amputo, abscindo, *propriè,* διὰ τοῦ σιδήρȣ τέμνω· παρὰ τὸ ἄρης, ferrum.

385 Ἀρνευτὴρ, ῆρος, ὁ, urinator; παρὰ τοὺς ἄρνας, agnos; οἳ εἰώθασιν ἐπὶ κεφαλὴν ἅλλεσθαι ὥσπερ τὸν ἀέρα κυρίσσοντες, qui solent in caput desilire velut aërem cornibus impetentes, eodem modo urinatores prono capite se immittunt in aquas.

Γυμνόω, *fut.* ώσω, denudo, spolio; *à* γυμνὸς, ὴ, ὸν, nudus; *sæpè sig-* 389
nificat apud Homer. inermem, nudum armis, *π.* 815. *dicitur* παρὰ τὸ γυῖα μόνα ἔχειν, quòd solùm habeat corpus, qui nudus est.

Βραχίων, ονος, ὁ, brachium, lacertus; *quasi* βραχυκίων, *vel quòd sit* βραχίων, *id est,* βραχύτερος τῦ λοιπῦ μέρυς τῶν χειρῶν, *quòd desinat ad manuum juncturam, iisque totis sit brevius.*

Δηριάω, *f.* άσω, contendo, rixor, pugno, *à* δῆρις, εως, ἡ, contentio, 421
pugna, prælium; *hoc autem à* δαίρω, cædo, verbero, *vel à* δαίω, divido; *est et* δηρίω, *vel* δηρίζω, *ρ.* 734. *et* δηρίνομαι, *π.* 756. *idem cum* δηριάω.

Ἐπίξυνος, υ, ὁ καὶ ἡ, communis, promiscuus; *à* ξυνὸς, ὴ, ὸν, communis, 422
ο. 193. *quod Atticum est, pro* κοινός.

Πτερόεις, εσσα, εν, volatilis, velox, levis, *ut hîc.* 426

Ἐῤῥάδαται, *et* ἐῤῥάδατο, *Ion. pro* ἐῤῥασμένοι εἰσὶ, *et* ἦσαν, *3. pers. plur.* 431
præt. et plusquamperf. pass. ex tertiâ singulari ἔῤῥασται, *correptâ primùm penultimâ auferendo* σ· *deinde ante* τ *inserendo* δα· *à* ῥάζω, *idem quod* ῥαίνω, *in hunc modum* ἀγωνίδαται, *et* ἀγωνίδατο, *ab* ἀγωνίζομαι· κεχωρίδαται, *à* χωρίζομαι· πεφράδαται, *à* φράζομαι· ἐσκευάδαται, *à* σκευάζω, *et* ὠνομάδαται, *ab* ὀνομάζομαι, *&c.*

Χερνῆτις, ιδος, ἡ, mulier victum quærens nendo manibus; *à* χεὶρ, ma- 433
nus, *et* νέω, neo; χερνήτης, *masc. item generaliter,* manibus quæstum faciens.

Σταθμὸς, ῦ, ὁ, *aliquando* statera, libra, *ut hîc; et tum derivatur ab* 434
ἵστημι, appendo.

Ἰσάζω, adæquo; *ab* ἴσος, η, ον, æqualis; *est* ἰσόω *idem cum* ἰσάζω, 435
Odyss. 212.

Ὀχλίζω, *fut.* σω, moveo, *vel* vecte impello, *et* protrudo; *ab* ὀχλεύω, 448
idem; hinc ὀχλίσσεια, *aor.* 1. *opt. Æol. sed* ὀχλεῦνται, *φ.* 261. *ab* ὀχλέω, turbo, commoveo, *ab* ὄχλος, υ, ὁ, turba.

Ἔρυμαι, *per syncop. pro* ἐρύομαι, *apud poëtas,* custodio, servo, tueor, 454
et ἔρυσθαι, *pro* ἐρύεσθαι· εἴρυντο *pro* εἰρύοντο. *Vide α.* 239.

Δικλὶς, ίδος, ὁ, fores geminæ, portæ bifores, valvæ bifores, *αἱ* δὶς, 455
vel δίχοθεν κλειόμεναι· *à* δὶς, bis; *et* κλείω, claudo; *vel, à* κλεὶς, δὸς, ἡ, clavis: *ut sit fores quæ binis clavibus obserantur.*

Ὀχεὺς, έως, ὁ, vectis: *ab* ἔχω· ὀχῆες ἐπημοιβοὶ, vectes proximi, adeò ut sese invicem corroborent.

Ἐπιμοιβὸς, ὴ, ὸν, alternans; *ab* ἀμείβω, alterno.

Θαιρὸς, ῦ, ὁ, cardo; ἀπὸ τῦ θέειν δι᾽ αὐτῦ τὴν θύραν, quòd super eo 459
porta ultro citroque eat.

Ἄλλυδις, alibi, aliò. 461

Ὑπώπια, *subintelligitur* καθ᾽· *ab* ὑπώπιον, aspectus; *quasi diceret,* 463
suboculare, pars quæ subjacet oculis.

Ἕστο, *pro* εἷστο, *plusquamperf. pass. poët. longam vocalem in duas bre-* 464
ves solvendo; ab ἕω, induo.

Νόσφι θεῶν, exceptis diis. 466

Χύω, *et* χύννω, *idem cum* χέω, *a quo fit; à* χύω, *præt. pass.* κέχυμαι, 470
plusquamperf. ἐκεχύμην, *ablato augmento,* ἐχύμην· *unde* ἔχυντο, *et* ἐσέχυντο, *hîc.*

CLAVIS HOMERICA

IN N'. ILIADIS.

5 'ΑΓΧΙ'ΜΑΧΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, cominus pugnam iniens, *pro quo* ἀγχέμαχος *usurpatur, euphoniæ gratiâ; ab* ἀγχὶ, *propè, et* μάχομαι· *est et* ἀντιμαχητὴς, *idem*, β. 604.

6 Γλακτόφαγος, *per syncop. pro* γαλακτόφαγος, ου, ὁ καὶ ἡ, lacte victitans: *à* γάλα, κτος, τὸ, lac, *et* φάγω.

"Αβιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, cui non suppetunt ad victum necessaria; *ab* α *priv. item*, dives, longævus, *ut hîc; ab* α *epitat. et* βίος, ου, ὁ, vita: *est et* ἄβοιος, valde robustus; *item*, non violentus; *à* βία, ας, ἡ, vis, robur, violentus impetus.

21 Λίμνη, ης, ἡ, mare, *sæpè ut hîc, propriè* stagnum, palus, lacus, β. 711. παρὰ τὸ λίαν μένειν, quia silet et consistit aqua in stagno.

23 Τιτύσκομαι, intensissimè dirigo; *dicitur in pass. voce aliquid* τιτύσκεσθαι, *expon.* paro, *ut hîc.*

27 'Ατάλλω, *seu* ἀττάλλω, delicatè nutrio tanquam tenellum puerum, adolesco, cresco; *exponitur hîc*, exulto, lusito; *idem* ἀτιτάλλω· *ab* ἀταλὸς, ἡ, ὸν, tener, juvenilis, *quod à* τὸ τλῆναι, *cum* α *priv.*

28 Κευθμὸς, οῦ, ὁ, *seu* κευθμὼν, ῶνος, ὁ, locus qui aliquem occultat, latibulum; *est à* κεύθω, occulto, *pro quo etiam Æol.* κευσμὸς· *est et* κεῦθος, *idem*, χ. 482.

30 Διαίνω, humecto, irrigo; παρὰ τὸν δία· *ponitur enim* ζεὺς, *apud Græcos, pro* aëre, *ut et apud Latinos* sub dio, *sive* Jove frigido, *ut*, τὰ ἐκ διὸς ὕδατα, pluviales aquæ; διαίνετο, 3. *sing. imperf. pass.*

31 Σκαρθμὸς, οῦ, ὁ, saltus; *à* σκαίρω, salto, salio; *unde* εὔσκαρθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, bene saltans; *item*, agilis, pernix.

37 "Αῤῥηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, infractus, infragilis; *ab* α *et* ῥήγνυμι.

"Αλυτο, ου, ὁ καὶ ἡ, insolutus, insolubilis; *à* λύω, solvo.

40 "Αμοτον, *hîc, adv.* perpetuò; *ab* ἄμοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *antè*, δ. 440.

41 "Αβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, strepitum magnum edens, valde vociferans, multùm clamans: *quasi* ἅμα βρόμῳ· *à* βρόμος, ου, ὁ, fremitus ingens; *quod à* βρέμω, fremo, *et* α *epitat.*

Αὐΐαχος, ου, ὁ καὶ ἡ, clamosus, valde resonans; *quasi* ἅμα ἰαχῇ, *vel* talem clamorem edens, qualem canes latrantes; *nam* αὖ, αὖ, *sunt voculæ fictitiæ ad imitationem latratûs canum.*

48 Κρυερὸς, ρὰ, ρὸν, frigidus, horrendus, horribilis, dirus, tristificus, lethalis; *à* κρύος, εος, τὸ, frigus; *idem* κρυόεις, εσσα, εν, ε. 740.

53 Λυσσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, rabidus, furiosus, rabiosus: *à* λύσσα, ης, ἡ.

57 'Ερωέω, *fut.* ήσω, *aliquando* inhibeo, repello, *ut hîc.*

'Ωκύπορος, ου, ὁ καὶ ἡ, velox, celer, citò permeans: *ab* ὠκὺς, εῖα, ὺ, *et* πόρος, ου, ὁ, transitus.

59 Σκηπάνιον, ίου, τὸ, *Ion.* -ήνιον, *Dor.* σκαπάνιον, sceptrum: *à* σκήπτω, innitor.

Κεκοπὼς, υῖα, ὸς, *præt. med. verbi* κόπτω· *aliquando* tundo, percutio, pulso, ferio, *ut hîc.* 60

Ἴρηξ, *Ion. pro* ἱέραξ, ακος, ὁ, accipiter; παρὰ τῦ ἵεσθαι ῥᾷον, *id est,* φέρεσθαι, quòd pernicissima sit volucris. 62

Περιμήκης, εος, ὁ κ̀ ἡ, valde altus, valde longus; *à* μῆκος, εος, τὸ, longitudo. 63

Ὄρνεον, ἐῦ, τὸ, avis, ales; *ab* ὄρνις, ιθος, ὁ *vel* ἡ, *idem. Vide* β. 460. 64

Ἴχνιον, ίῦ, τὸ, vestigium; *ab* ἴχνος, εος, τὸ, *Od.* ρ. 317. vestigium, *id est,* ima pars pedis; *sed sæpissime capitur pro* vestigio, *id est,* signo pedis incedentis; *exponitur pro* ipso pede, *vel pro* incessu, *ut hîc;* παρὰ τὸ ἴσχειν κ̀ συνέχειν ὅλον τὸν πόδα, quòd totum pedem complectatur. 71

Μενοινώω, *pro* μενοινάω, valde cupio. 79

Τελευτάομαι, *fut.* ήσομαι, *aliquando* evenio, *ut hîc.* 100

Φυζακινὸς, ἡ, ὸν, fugax; *à* φύζα, ης, ἡ, fuga. 102

Πάρδαλις, εως, ἡ, panthera; *à* πάρδος, ῦ, ὁ, pardus; *vel quasi* πρόαλις, παρὰ τὸ προάλλεσθαι κ̀ ἀτάκτως κινεῖσθαι, quòd saliat et inordinatè moveat in gressu. 103

Ἤϊον, ῦ, τὸ, esca, viaticum; *ab* ἔω, eo; *alibi pro* paleis, *et* aceribus; παρὰ τὸ ἰέναι κ̀ φέρεσθαι ταχέως τὸ ἄχυρον.

Ἐπὶ χάρμῃ, *intellige* parati. 104

Μεθημοσύνη, ης, ἡ, cessatio, negligentia; *à* μεθίημι. 108

Ἐτήτυμος, ῦ, ὁ κ̀ ἡ, *idem quod* ἔτυμος, ῦ, ὁ κ̀ ἡ, verus, *ex eoque factum per epenthesin syllabæ* τη· *neut. gen.* ἐτήτυμον, *adverbialiter usurpatur aliquando, ut hîc.* 111

Ἀκεώμεθα, medeamur, 1. *plur. præs. subj. verbi* ἀκέομαι. 115

Λαοσσόος, ῦ, ὁ κ̀ ἡ, qui populum impellit, *aút* concitat, belli præses; *aliquando Martis epitheton, aliquando Minervæ, ut hîc; à* λαὸς, ῦ, ὁ, populus, *antè, et* σόος, impetus, *quod est à* σεύω· *est etiam* λαοσσόος, populum servans; *à* λαὸς, *et* σόω. 128

Φράσσω, *sive* φράττω, *fut.* ξω, sepio, munio; *item,* obstruo, obturo; *item,* addenso, constipo, *ut hîc.* 130

Προθέλυμνος, ῦ, ὁ κ̀ ἡ, *hîc,* crassus, densus. *Vide* ι. 507.

Ψαύω, *fut.* σω, contrecto, pervenio; *à* ψάω, appropinquo, accedo, tango; *est etiam* ψάω, abstergo radendo, detergeo, in tenues partes comminuo, uro, calefacio. 132

Πτύσσω, *fut.* ξω, *hîc,* ad hastas applicatur, quæ adeò flexibiles sunt, ut duplicari videantur evibrando concussæ; ἐπτύσσοντο, 3. *plur. imperf. pass.* 134

Πρῦτυψαν, *Att. pro* προέτυψαν, priùs lacessebant. 135

Ὀλοίτροχος, ῦ, ὁ κ̀ ἡ, *pro quo* ὁλοοίτροχος, omni ex parte rotundus, in modum rotæ; *ab* ὅλος, η, ον, *et* τρέχω· *aut ab* ὀλοὸς, ἡ, ὸν, *secundum Eustath. et tum significat,* perniciosus in currendo. 137

Στεφάνη, ης, ἡ, *aliquando dicitur* cacumen montis, *ut hîc.* 138

Ἀναθρώσκων, ῦσα, ον, insiliens, *part. præs. verbi* ἀναθρώσκω. 140

Ἀσφαλὴς, έος, ὁ κ̀ ἡ, minimè lubricus, tutus, qui non potest everti, sine impedimento aliquid faciens: *à quo* ἀσφαλέως, *adverb. à* σφάλλω, *aliquando* everto. 141

"Εμπεδον, *adv. aliquando* constanter, continuò; *ut hîc.*

142 Ἰσόπεδον, ου, τὸ, planities, æquus campus; *ab* ἰσόπεδος, ου, ὁ καὶ ἡ, planus; *quod ab* ἶσος, η, ον, *et* πέδον, ου, τὸ, campus.

147 Ἀμφίγυος, ου, ὁ καὶ ἡ, *epitheton hastæ,* quæ potest utrinque lædere γυῖον, membrum; *vel,* ὁ ἑκατέρωθεν γυῶσαι δυνάμενος, quæ utrinque claudos reddere potest, *vel* utrinque acutæ, *vel* titubantis, *et* trepidæ dum vibratur, *et quasi* claudicantis. *Vide* ἀμφιγυήεις, *epithet. Vulcani,* α. 606.

Σφέων, *poët. et Ion. pro* σφῶν.

152 Πυργηδὸν, *adv.* in modum turris. *Vide* γ. 153.

158 Κοῦφος, η, ον, levis, *id est,* non ponderosus, *vel* levis, *id est,* remissus, languidus; κοῦφα, *pro* κούφως.

Ὑπασπίδιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, clypeo tectus; *ab* ἀσπὶς, ίδος, ἡ, clypeus; ὑπασπίδια, *adverb.*

Προποδίζω, *fut.* σω, procedo, progredior; *à* ποὺς, οδὸς, ὁ, pes.

162 Καυλὸς, οῦ, ὁ, caulis; *item,* in hastâ ligni extremitas quæ cuspidi immittitur: in ense ea pars, quæ manubrio induitur, π. 338.

183 Ἀκοντίζω, *fut.* σω, jaculor, *id est,* peto telo, *seu* ferio: *sic sæpè regit genit. personæ, subauditâ præpos.* κατὰ, *ab* ἄκων, *pro* ἄκους, οντος, ὁ, telum.

184 "Ηλευα, *poët. et Æol. pro* ἤλευσα, *aorist.* 1. *act. est etiam in medio* ἠλευάμην, *pro* ἠλευσάμην, *ut* ἔχευα, ἔχευσα.

199 Ῥωπήϊον, ου, τὸ, locus virgultis plenus; *à* ῥὼψ, πὸς, ὁ, virgultum; *à* ῥέπω, vergeo, propendeo.

200 Γαμψηλαὶ, ῶν, αἱ, malæ, *seu* maxillæ; *à* γαμψὸς, ἡ, ὸν, incurvus, inflexus, *pro* καμψὸς, *à* κάμπτω, flecto, incurvo; *hinc* γαμψώνυχες, π. 428.

201 Κορυστὴς, οῦ, ὁ, armiger, armatus miles, bellator; *à* κορύσσω, δ. 424. *quòd à* κόρυς.

204 Σφαιρηδὸν, *adverb.* in modum pilulæ, instar globi; *à* σφαῖρα, ας, ἡ, sphera, globus; *item,* pila, *Odyss.* ζ. 100. *quod à* σπαίρω, *idem quod* σκαίρω, salto. *Sphærica sive rotunda sunt ad motum comparata, Harm.*

211 Νέον, *adverb.* nuper; *à* νέος, α, ον, novus.

212 Ἰγνύα, ας, ἡ, poples, *id est,* posterior pars genu.

225 Ἀναδύω, *fut.* ύσω, existo, emergo, sursum erumpo, recedo, *seu* retrocedo; ἀναδύομαι, *idem; item,* respuo, recuso, detrecto, fugio, ἀνδύεται *pro* ἀναδύεται.

233 Μέλπηθρον, ου, τὸ, ludibrium; κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι, *id est,* laniari: *nam canes saturi cadaveris reliquiis illudunt;* μέλπομαι, ludo, tripudio. *Vide* μέλπω, α. 471.

237 Συμφερτὸς, ἡ, ὸν, collatus, confertus, congestus; *à* σὺν, *et* φέρω.

239 Ἀμπόνον, *pro* ἀνὰ πόνον.

260 Δήω, invenio: *sed sæpiùs futuri habet significationem, ut hîc.*

265 Γανόω, *fut.* ώσω, lætitiâ afficio, splendeo; *à* γάνος, εος, τὸ, lætitia, splendor; *ut hîc.*

281 Μετοκλάζω, *fut.* σω, flexis genibus succumbo; *ab* ὀκλάζω, *idem; sed metaph.* labasco, succumbo, *vel* deficio.

Πατάσσω, *fut.* ξω, cum strepitu palpito; *item,* percutio, ferio; *hinc* πάταγος, ου, ὁ, fragor, strepitus, fremitus. 282

Δαΐς, ΐδος, ἡ, fax accensa; *item,* pugna ardens; *in* δαΐ, *est apocope pro* δαΐδι, *à* δαίω, uro; *sed* δαῖς, δαιτὸς, δαιτὶ, ἡ, epulum. 286

Χεῖρας ὄνοιτο, *intellige* quis. 287

Βλείμην, βλεῖο, βλεῖτο, *aor.* 2. *opt. med. verbi* βλῆμι, percutio; *à* βάλλω, jacio. 288

Νηδὺς, ύος, ὁ, venter, cibi receptaculum, uterus, *ut* alvus, *Lat. pro* utero *sumitur; dicitur* ἀπὸ τοῦ νηεῖν, quòd in ventrem cibus congeratur; *hinc* νηδύϊα, intestina, ρ. 524. 290

Ὀαριστὺς, ύος, ἡ, confabulatio, *propriè,* maris cum fœminâ; *sed in genere, pro* quâcunque confabulatione, *vel* commercio *sumitur, ut hîc; ab* ὄαρ, ρος, ἡ, conjux. *Vide* ε. 487. 291

Νηπύτιος, ία, ιον, infans, stultus; *à* νήπιος, ίου, *idem,* β. 38. 292

Ὑπερφιάλως, *adv. aliquando pro* μεγάλως, ὑπερφυῶς. *Vide* γ. 106. 293

Ἔλπομαι, *aliquando* existimo, puto, *ut hîc.* 309

Στάδιος, ία, ιον, stabilis, statarius; *hinc* σταδίη μάχη, *vel* ὑσμίνη, stataria pugna; *aliquando substantivum intelligitur, ut* η. 240. *ut hîc; ab* ἵστημι. 314

Ἐλόωσι, *poët. pro* ἐλῶσι, *vel* ἐλάουσι· *ab* ἐλάω, *quo poëtæ pro* ἐλαύνω *utuntur, et præsenti pro futuro.* 315

Ἐσσεῖται, *poët. pro* ἐσεῖται, *hoc autem Doricè, pro* ἔσεται, *futur.* 1. *verbi* εἰμὶ, *Dores enim fut. act. et med. circumflectunt.* 317

Δαλὸς, οῦ, ὁ, torris, κεκαυμένον ξύλον, *pro quo* δαυλὸς, *idem: à* δαίω, uro. 320

Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, litus, fructus, *seu* fruges, *ut hîc. Vide* λ. 630. 322

Αὐτοσταδίη, ας, ἡ, pugna stataria; *à* στάδιος, stabilis. 325

Φθισίμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, perniciosus; *fit à* φθίω, *seu* φθίνω, corrumpo; *item,* corrumpor, perdor, *et* βροτὸς, mortalis. 339

Ἀμέρδω, *fut.* σω, privo visu, excæco; *item,* obscuro, obtundo, fusco, perstringo visum; *et generaliter,* privo; στερίσκω τοῦ μέρους, quocunque privo, π. 53. *ab* α *privat. et* μέρδω, intueor, *quod fit Doricè à* μερίζω. 340

Νεόσμηκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuper tersus, *vel* politus; *à* σμάω, *vel* σμήχω, abstergo; *item,* purgo. 342

Ἀμφὶς φρονεῖν, *id est,* διχονοεῖν, διχοφρονεῖν, dissentire, discordare. 345

Ὑπεξαναδὺς, emersus; *ab* ὑπὸ, ἐξ, ἀνὰ, *et* δῦμι. 352

Ἀμφαδίην, *adv.* palam; *ab* ἀμφαδὸν. 356

Πεῖραρ, *vel* πεῖρας, ατος, τὸ, *idem cum* πέρας, τος, τὸ, finis, terminus, limes, funis, *ut hîc.* 359

Μεσαιπόλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, semicanus, qui medium canæ ætatis attigit; *à* μέσος, η, ον, *et* πολιὸς, ὰ, ὸν. 361

Ἔνδον ἐὼν, *aliquando* qui adest, *ut hîc.* 363

Αἰνίζομαι, *fut.* σομαι, idem quod αἰνέω, laudo; *aliquando* admiror. 374

Ὀπυίω, ineo, coëo; *exponitur,* uxorem habeo; -έμεν *pro* -ειν. 379

Συνώμεθα, 1. *pl. aor.* 2. *subjunct. à* σὺν, *et* ἵεμαι· συνίεμαι *hîc,* paciscor, convenio. 381

382 Ἐεδνωτὴς, ȣ̃, ὁ, *pleonasm.* τȣ̃ ε, *pro* ἑδνωτὴς, socer, *id est,* qui filiam dat additâ dote; *ab* ἕδνα, dos, *pro quo* ἔεδνα, *idem; vel cum tenui,* ἔεδνα, *idem, Od.* α. 277.

384 Ἀμύντωρ, ορος, ὁ, vindex, auxiliator; *ab* ἀμύνω· *aliquando* ulciscor.

388 Λαιμὸς, ȣ, ὁ, gutttur, gula; *à* λάω, λαύω· διὰ τὸ ἀπολαυςικὸν τοῦ πότȣ, quia fruitur cibis et potu.

389 Ἀχερωὶς, ίδος, ἡ, populus alba; *ab Acheronte denominari putatur. Ferunt Herculem, cùm adversus Cerberum progrederetur, consitam ad Acherontis ripas conspexisse arborem, quam secum reportavit, et* Ἀχερωΐδα *nuncupavit,* Coul.

390 Πίτυς, υος, ἡ, pinus; *à* πίπτω, cado.

Βλωθρὸς, ρὰ, ρὸν, altus, excelsus; *à* βλώσκω, *fut.* σω, gradior, advenio; *vel quasi* ἄνω θρώσκω, sursum salio.

391 Νεηκὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, recenter acutus; *ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, cuspis.

393 Βρύχω, *f.* ξω, frendeo, strideo; *sed* βρύκω, mordeo, rodo, devoro; *et* βρύω, *fut.* σω, scateo, pullulo, βεβρυχὼς, υῖα, ὸς, *part. præt. act.*

Δράσσω, *seu* ττω, *fut.* σω, prehendo manu, corripio; *hinc* δράγμα, ατος, τὸ, manipulus, λ. 69. κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης, *id est,* ἀπρὶξ ἐχόμενος τῆς γῆς, χερσὶν ἢ ὀδοῦσι, *Eustath.*

408 Ἑάλη, convolutus est, involvit se, occultavit se, contraxit se, *Attic. vel Ion. pro* ἥλη· *ab* εἶλον, *cujus aorist. pass. Ion.* ἄλην, *et pleonasm.* τȣ̃ ε, ἐάλην, *aut communiter* ἥλην, *et dialysi* ἐάλην· *unde et partic.* ἀλεὶς, εῖσα, ὲν, *secundum Phavorinum; aut ab* ἀλῶ, declino, vito, &c. *secundum Suidam, aut* ἑάλη, *per metaplasm. pro* ἑάλω, *quod est Attic. pro* ἥλων, *aor.* 2. *verbi* ἁλίσκω, capio.

409 Καρφαλέος, έα, έον, siccus, aridus; *à* κάρφω, *fut.* ψω, sicco, arefacio, *exponitur,* sordidum reddo; *pro* καρφαλέος, *legitur* καρχαλέος, φ. 541.

Ἐπίθρεξας, ασα, αν, *part. aorist.* 1. *verbi* ἐπιτρέχω, percurro; *item,* per summas partes curro, incurro, incurso, attingo, supervolo, *ut hîc: nam* τρέχω *habet duo fut.* δραμοῦμαι, *et* θρέξομαι.

414 Ἄτιτος, ίτȣ, ὁ ϗ ἡ, inultus; *à* τίω.

416 Πομπὸς, ȣ, ὁ, qui aliquem deducit, *seu* transmittit, comes; *à* πέμπω, mitto. *Vide* ζ. 171.

435 Πεδάω, *fut.* ήσω, pedicis vincio; *à* πέδη, ης, ἡ, pedica, vinculum pedum; *à* ποῦς, *et* δέω, ligo.

436 Ἀλέασθαι, *sæpè pro* ἀλεύασθαι, *aor.* 1. *ab* ἀλεύω· *vel est infin. ab* ἀλέαμαι, *ab* ἀλέω, vito.

437 Ὑψιπέτηλος, folia in cacumine gerens; *item,* altus, excelsus, *ut hîc; à* πέταλον, ȣ, τὸ, *Ionicè* πέτηλον, folium, *propriè,* quod est in amplitudine expansum; *quod à* πετάω, pando.

441 Ἐρείκω, frango, contundo, scindo; *idem quod* ῥήσσω.

442 Ἐπεπήγει, 3. *sing. præt. plusq. med. à* πήγνυμι, *vel* πήσσω, figo.

443 Οὐρίαχος, ȣ, ὁ, *idem quod* σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, ferrum quo ima hastilis pars præfixa est; *ab* οὐρα, ας, ἡ, cauda: *quasi* ȣ̓ρὰ τοῦ δόρατος· ȣ̓ρὰ, cauda, *tribuitur omnibus irrationalibus, avibus exceptis, et quibusdam inanimatis; in agmine,* extremumagmen, navis *quoque* prora ȣ̓ρὰ *dicitur.*

Ἑταιρίζω, *fut.* σω, sodalis fio; ἑταιρίζομαι, associo mihi; *ab* ἑταῖρος, ου, ὁ, socius; *pro* ἑταιρίζω. 456

Δοάσσατο, *secundum quosdam, pro* δοιάσατο, *detracto* ι, *et geminato* σ· *à* δοιάζω, dubito, consulto, delibero; *secundum alios, pro* ἐδοξάσατο, ξ *exempto, et Æolicè* σ *geminato; à* δοξάζω, existimo; *est et* δοάσσεται *in futuro,* ψ. 339. 458

Pro γενοίμην, *et* 1. *plur.* γενοίμεθα, *poëtæ et Iones dicunt* γεγενοίμην, *et* γεγενοίμεθα. 485

Βοτάνη, ης, ἡ, herba, gramen; *à* βόω, *seu* βόσκω, pasco. 493

Κραδάω, *aliquando* vibro, quatio: *à quo* κραδαίνω, *idem; à* κράδη, ης, ἡ, ramus ficulnus, folium ficulnum, *aut* quodvis folium. 504

Ἔντερον, ου, τὸ, intestinum; *ab* ἐντὸς, intus, intrà. 507

Βάδην, gradatim, pedetentim, lento gradu; *à* βαίνω. 516

Πέπυστο, *pro* ἐπέπυστο, *detractione augmenti,* 3. *sing. plusq. perf. pass. à* πυνθάνομαι, audio. 521

Βριήπυος, ου, ὁ καὶ ἡ, vehementer clamans, *Martis epithet. quasi* βριαρῶς ἠπύων· ἠπύω, sono, clamo, *pro* ἀπύω, *idem.*

Βόμβος, ου, ὁ, bombus, sonus, quem edunt apes; *hinc* βομβέω *fit per onomatop. à literâ* β, *transfertur autem ad alios sonos, ut hîc.* 530

Νεούτατος, ου, ὁ καὶ ἡ, recèns vulneratus, *seu* ictus; *à* νέος, α, ον, *et* οὐτάω. 539

Ἑάφθην, *Ionicâ dialysi pro* εἵφθην, *aor.* 1. *pass. ab* ἕπομαι, sequor; *est etiam* ἑάφθην, *pro* ἥφθην, *poët. ab* ἅπτομαι· *sed hoc ab* ἕπομαι. 543

Θυμοραιστὴς, οῦ, ὁ, animum destruens; *à* ῥαίω, destruo; θυμοραϊστὴς, *poët. dialysi.* 544

Φλὲψ, βὸς, ἡ, vena: *metaphor.* φλέβες ὑδάτων, venæ aquarum; *dicitur* ἀπὸ τοῦ καυματωδέστατον φλεγμὸν περιέχειν, quòd calidissimum humorem contineat, *nempe,* sanguinem. 546

Ἀμενηνόω, *fut.* ώσω, imbecillum reddo; *ab* ἀμενηνὸς, ἡ, ὸν, imbecillus, invalidus: *idem* ἀμενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *ab* α *priv. et* μένος. *Vide* ε. 887. 562

Κυανοχαίτης, ου, ὁ, cujus setæ cyanum referunt, crines cæruleos, *vel* nigricantes habens; *à* κύανος, ου, *et* χαίτη, ης, ἡ. 563

Σκῶλος, ου, ὁ, spinæ genus, quòd in igne versatum et candefactum validius evadit; *aliquando* spinæ species, quem rustici ubi exacuerunt, et igne versarunt, teli loco usurpant; *accipitur pro* ligno, *aut* spinâ acutâ. *Metaphoricè* impedimentum: *sed tum potiùs* σκῶλον· *à* σκέλλω, arefacio. 564

Αἰδοῖον, ου, τὸ, inguen; *in plur.* pudenda: *est et* αἰδοῖος, οἶα, οἶον, venerandus; *ab* αἰδὼς, όος, οῦς, ἡ, pudor, reverentia, inguen. 568

Ἄρης, εος, ὁ, Mars, bellum, *hîc,* vulnus, plaga. 569

Ἴλλω, oculis conniveo, vincio, constringo; *hinc* ἰλλὰς, άδος, ἡ, vinculum contortum, *seu* contorquendo factum; ἀπὸ τοῦ εἱλεῖν. 572

Ἀράττω, *fut.* ξω, abscindo, amputo, pullo, tundo, illido. *Metaphoricè de* verbis probrosis *dicitur; dicitur* ῥάσσω *pro eodem.* 577

Πτύον, ου, τὸ, ventilabrum, *id est,* instrumentum, quo semen à pulvere et acerbius repurgatur; *à* πτύω, *fut.* σω, spuo, *metaph.* contemno, *poët.* πτυόφι, *abjecto* ν· *at in* ος, *quintæ,* ος *vertitur in* ες, *ut* στῆθος, στήθεσφι· ὄχος, ὄχεσφι, *ut antè dictum est.* 588

589 Κύαμος, ε, ὁ, faba; παρὰ τὸ κύειν ἅμα, quòd simul concipiantur et crescant.

Ἐρέβινθος, ε, ὁ, cicer; *ab* ὄροβος, ε, ὁ, ervum, legumen.

590 Λικμητὴρ, ῆρος, *et* λικμητὴς, ε, ὁ, ventilator, qui vanno frumentum purgat; *à* λικμὸς, ε, ὁ, ventilabrum.

595 Ἐληλατο, infixa erat; 3. *sing. plusq. perf. Att. pro* ἤλατο, *ab* ἐλαύνω.

599 Ἄωτον, ε, τὸ, flos; *per metaph.* præstantissimum rei cujuslibet, *ut* οἰὸς, ἄωτον· *sumitur et pro* ἔριον, ε, τὸ, lana *tantùm, ut hîc. Vide* ι. 657.

600 Σφενδόνη, ης, ἡ, funda: *est et* ornamentum quoddam muliebre; *à* σπένδω, *quia funda lapidem fortiùs et citiùs manu propellit.*

612 Ἀξίνη, ης, ἡ, securis; *ab* ἄγω, frango.

Ἐλάϊνος, η, ον, olivâ arbore factus, oleaginus; *ab* ἐλαία, ας, ἡ, olea; *fructus ejusdem.*

Πέλεκκον, ε, τὸ, manubrium, *seu* capulus bipennis; *à* πέλεκυς, εως, ὁ, securis.

616 Ληκέω, *fut.* ήσω, sono, crepo, *aor.* 2. ἔλακον, *præt. med.* λέλακα.

625 Ξείνιος, *pro* ξένιος, hospitalis, ad hospites *seu* peregrinos pertinens.

637 Ὀρχηθμὸς, ε, ὁ, saltatio; *ab* ὀρχέομαι, salto, tripudio.

652 Ἐξεπέρησεν, trajecit, 3. *sing. aor.* 1. *verbi* ἐκπεράω.

654 Σκώληξ, ηκος, ὁ, vermis.

655 Ταθεὶς, εῖσα, ὲν, *partic. aorist.* 1. *pass.* ἐτάθην, *ex* τείνω, *præt. perf.* τέτακα.

669 Θωὴ, ῆς, ἡ, mulcta, damnum alicui impositum; *fit ab inusitato* θῶ, *quod exponitur* ζημιῶ.

671 Γναθμὸς, ε, ὁ, mala, maxilla; *à* γνάθος, ε, ἡ, *idem, Hymn. in Fornac.* 13. *interjecto* μ.

683 Χθαμαλὸς, ἡ, ὸν, *pleonasmo* τε θ, *pro* χαμαλὸς, humilis, depressus, non multum à terrâ assurgens, non altus; χαμαὶ, humi, in terrâ.

686 Φαιδιμόεις, εσσα, εν, *et* φαίδιμος, ε, ὁ καὶ ἡ, illustris; *à* φαιδρὸς, ὰ, ὸν, hilaris, alacer.

703 Νέον, τὸ, *Ion.* νεῖον, novale; *item, adverb.* recenter; *à* νέος, α, ον, novus, utroque modo.

705 Κηκίω, salio, cum saltu sursum feror, perrumpo: *ex* κίω, *per redupl.* ἀνακηκίω, *idem.*

708 Ὦλξ, *per syncopen pro* ὦλαξ, *quod fit Doricè pro* αὖλαξ, κος, ἡ, sulcus.

Τέλσον, ε, τὸ, finis, extremitas; *à* τέλος, εος, τὸ, *per metath. et addito* ν, *ut* τέλσον ἀρούρης, ima tellus, *ut hîc.*

728 Περιΐδμεναι, *per syncop. pro* περιϊδέμεναι· *hoc autem Doricè et Atticè, pro* περιϊδεῖν· *à* περιείδω, scire suprà, scire plusquam, excellere; *ab* εἴδω, scio.

731 Ὀρχεστὺς, ύος, ἡ, saltandi ars, saltatio; *ab* ὀρχέομαι.

737 Κατὰ *cum accus. aliquando* trans, *ut hîc*, κατὰ τεῖχος.

747 Ἔχω, *hîc, pro* ἀπέχω, abstineo, absisto, cesso.

761 Ἀνώλεθρος, ε, ὁ καὶ ἡ, interitui non obnoxius; *ab* α *privat. et* ὄλεθρος, ε, ἡ, pernicies, exitium; *quod ab* ὄλλυμι· ἀνόλεθρος *pro eodem.*

769 Γυναικομανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mulierum amore insanus; *à* γυνὴ, *et* μαίνομαι, insanio; γυναιμανὴς, *idem.*

Σῶς, *idem quod* σόος, *ex quo contrahitur ; et ex* σῶς, *per dialys.* σάος, 773
secundum alios ; σῶς *contrahitur ex* σάος, *significat aliquando* integer,
perfectus ; νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος, nunc in totum es perditus.

Ἐρωέω, *fut.* ήσω, *hîc*, cesso. 776

Μέλλω, *aliquando* debeo, *ut hîc.* 777

Φλάζω, stultè *et* inarticulatè loquor, ferveo, æstuo, *ut hîc ; hinc* 798
παφλάζω, *idem, id est*, ferveo: *propriè dictum de* maris æstu.

Φαληριάω, albesco spumâ ; *à* φαληρὸς, ρὰ, ρὸν, albus, spumeus, *à* φαλὸς, ὴ, ὸν, splendidus, albus.

Ἐπὶ ἄλλα, *intellige* sequuntur. 799

Φθαίην, *aor.* 2. *optat. à* φθάνω, prævenio, assequor. 815

Κονίω, *vel* κονίζω, pulvere impleo, pulverem excito ; *à* κόνις, pulvis. 820

Βουγάϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui valde se jactat ; *à* γαίω, glorior, jacto. 824

Πεφήσεαι, *Ion. pro* πεφήσῃ· *à* φάω, interficio. 829

Ταλάω, *fut.* ήσω, audeo, sustineo ; *idem* τλάω· *unde* τλῆμι, *idem.*

Λειριόεις, όεσσα, όεν, liliaceus, suavis, tener ; *à* λείριον, ου, τὸ, lilium. 830

CLAVIS HOMERICA

IN Ξ' ILIADIS.

ΦΡΆΖΕΟ, *hîc*, vide, considera.

Λοετρὸν, *pro* λουτρὸν, *dialysi diphthongi, plerumque* illa aqua quæ 3
lavationi paratur, lavacrum ; *item*, balneum ; *à* λούω, lavo ; *hinc* λοε- 6
τροχόος, ου, ὁ καὶ ἡ, aptus ad lavacrum, *vel* lavandum, σ. 346.

Περιωπὴ, ῆς, ἡ, specula, *hîc ;* locus e quo circumjacentia lustrantur 8
oculis, *ex* ὢψ, oculus ; *propriè*, ipsa circumspiciendi actio, cura.

Ἐρέριπτο, *pro* ἐρήριπτο, eversus est, 3. *sing. præt. plusq. perf. pass.* 15
verbi ἐρείπω, *habet reduplicationem Atticam duarum initialium literarum, et dialysin diphthongi, quæ erat in penultimâ ; secundum quosdam à* ῥίπτω, projicio, præcipitem do, *cujus præt. act.* ῥέριφα, *pro* ἔῤῥιφα, *pass.* ῥέριμμαι, *pro* ἔῤῥιμμαι, *plusq.* ἐρερίμμην, ψο, πτο, *pro* ἔῤῥιπτο.

Πορφύρω, purpureo colore perfundo . *item aliquando neutraliter*, purpureo colore rubeo, *vel* nigro, *ut hîc ; à* πορφύρα, ας, ἡ.

Κωφὸς, ὴ, ὸν, *hîc*, tacitus, nullum edens strepitum. *Vide* λ. 390. 16

Ὄσσομαι, video, prævideo, præsentio, *factum per Æolicam muta-* 17
tionem ex ὄπτομαι. *ut* πέσσω, *ex* πέπτω· *est etiam* ὄσσομαι, auguror, *ex* ὄσσα, ης, ἡ, vox ; *item*, omen.

Αὔτως, in eodem statu ; *aliquando* temerè, frustra. 18

Οὐδετέρωσε, neutram in partem; οὐδετέρωθεν, neutrâ ex parte; *ab* οὐδετέρως, neutro modo, *vel* genere, *ab* οὐδέτερος, *seu* οὐθέκερος, *pro* οὐδὲ ἕτερος, neuter.

21 Ταχύπωλος, ου, ὁ καὶ ἡ, celeres equuleos habens; *item,* rei equestris peritus, *vel* bellicosus, *ut semper apud Homer. à* ταχὺς, *et* πῶλος.

34 Χαδέειν, *Ion. pro* χαδεῖν, *aor. 2. infin. act. à* χάζω, recedo, capax sum.

35 Πρόκροσσαι νῆες, *dicuntur* aliæ post alias, *seu* super alias in continuâ serie; *à* κροσσὸς, οῦ, ὁ, fimbria *vel* κροσσαὶ, scalæ.

36 Ἄκρα, ας, ἡ, *substant.* summitas, culmen, fastigium; *item,* cacumen montis; *item,* promontorium, *ut hîc.*

37 Ὀψείω, videre cupio, desidero; *ab* ὄπτομαι.

53 Ἕτοιμος, *et Atticè* ἑτοῖμος, ου, ὁ καὶ ἡ, paratus, promptus; qui ad manum est, manifestus, minimè dubius, *ut hîc. Vide* α. 117.

55 Ἐπεπίθμεν, *pro* ἐπεποίθειμεν, *plusquamperf. med. verbi* πείθω, *quo tempore significat,* fretus sum, confido, spero.

77 Ὁρμίζω, *fut.* σω, naves in stationem subduco; *item,* navem stabilio; *ab* ὅρμος, ου, ὁ, statio navium.

78 Ἀβρότη, ης, nox: *sæpè jungitur cum* νύξ. *Vide* κ. 65.

80 Νέμεσις, εως, ἡ, *aliquando* reprehensio justa, quod reprehensione dignum est.

84 Ἀεικέλιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, ignavus, vilis, contemptus; *propriè idem quod* ἀεικὴς, non consentaneus, α. 341.

86 Τολυπεύω, *fut.* σω, glomero, nexo, fabricor, machinor, ad finem perduco; *à* τολύπη, ης, ἡ, lana carpta.

92 Ἄρτιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, *hîc,* sanus, consentaneus. *Vide* ε. 326.

98 Εὐκτὸς, ἡ, ὸν, optabilis, optandus; *ab* εὔχομαι.

101 Ἀποπτανέουσι, respicient ad, *ab* ἀπὸ, *aliquando significante* rursum *in compositione, et* ὀπτάνω, video, cerno: *aut* ἀποπτανέουσι, avolabunt, *scilicet fugientes; à* πταίνω, *quod est ab* ἵπτημι, *secundum Phavorinum.*

104 Καθικνέομαι, tango, contingo; *item,* ferio, percutio; *fut.* ἵξομαι, *aor. 2. med.* ἱκόμην· *ab* ἵκομαι, *2. perf.* ἷκου, *Ion.* ἵκεο, *aor. 2.*

108 Ἄσμενος, ένη, ενον, gaudens, gratus, libens; *ab* ἥδω, *cujus præt. pass.* ἥσμαι, *à quo* ἄσμενος· *comparat.* ἀσμενέστερος, *pro* ἀσμενώτερος· *superlat.* ἀσμενέστατος, *pro* ἀσμενώτατος.

110 Ματεύω, *fut.* σω, quæro, inquiro, indago; *à* μαστεύω, *idem, per ellipsin literæ* σ. *à* μαντεύω, oraculum consulo; *aut à* μάω, *aliquando* quæro, *inquit Eustath.*

111 Ἀγάζομαι, *fut.* σομαι, *hîc,* succenseo, vitupero, invideo.

123 Ὄρχος, ου, ὁ, plantarum series; *item,* hortus; *item,* ὄρχατος, ου, ὁ, βόθρος εἰς ὃν ἐντίθεται τὰ φυτὰ, fovea in quam plantæ immittuntur; *ab* ὀρύσσω, fodio.

127 Πεφασμένος, η, ον, *part. præt. pass. à* φάω, dico.

130 Ἄρηται, *aor. subjunct. ab* αἴρω, *aliquando* capio, sumo.

132 Ἀφεστᾶσι, cessant; *ab* ἑστᾶσι, *quod est ab* ἵστημι· *nam aliquando per* ε *reduplicatur; unde etiam* ἕσταμεν, *et optat.* ἑσταίην, *et infin.* ἑστάναι· *vel est* ἀφεστᾶσι, *pro* ἀφεστήκασι, *ut* ἀφέστατε, *pro* ἀφεστήκατε, *præt. perf.*

Σιφλὸς, ὴ, ὸν, deformis, *per syncop. pro* σιπαλὸς, *idem; hinc* σιφλόω, 142
fut. ώσω, deformem reddo, ignominiam affero, debilito; σιφλώσειε, 3. *sing. aor.* 1. *Æol.*

Ῥίον, ου, τὸ, montis cacumen; *item* promontorium. 154

Παραδραθέειν, concumbere; *à* παραδαρθάνω, *à* δαρθάνω, dormio; *quod* 163
mutuatur sua tempora à δαρθέω· *sed in fut.* 2. *transpositis literis* δραδῶ, *ut* πέρθω, πραθῶ.

Χροϊα, *inserto* ι *pro* χρόα, ας, ἡ, color; *item*, pulchritudo. 164

Ἐπῆρσεν, *ab* ἐπάρω, *cujus futurum Æol. est* ἐπάρσω, *ab* ἄρω, apto. 167

Σταθμὸς, οῦ, ὁ, *hîc*, postis. *Vide* β. 470.

Ἑδανὸς, ὴ, ὸν, suavis, *ab* ἡδὺς, εῖα, ὺ, *idem, per systolen literæ* η. 172

Τεθυωμένος, η, ον, *à* θύοω, odore jucundum reddo; *quod à* θύω.

Πέκω, *et* πέκω, *fut.* ξω, pecto. 176

Ἐνετὴ, ῆς, ἡ, fibula, *ab* ἐνίημι, injicio; διὰ τὸ ἐνίεσθαι τοῖς ἱματίοις. 180

Ἕρμα, ατος, τὸ, inauris, *hîc; ab* ἄρω, necto: *quia inaures innectun-* 182
tur auribus; cùm fulcrum *significat, fit per sync. pro* ἔρεισμα, *ab* ἐρείδω, figo.

Λοβὸς, οῦ, ὁ, ima auris pars, *et* carnosa; ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, *quòd ea pars soleat apprehendi, quum quis admonetur.*

Τρίγληνος, ήνου, ὁ καὶ ἡ, tres habens pupillas, *vel* habens in modum 183
trium pupillarum; *à* γλήνη, pupilla. Ἕρματα τρίγληνα, *id est*, τρίκορα, ἔχοντα τρεῖς κόρας, triplicem pupillæ formam habentes; *vel* πολλῆς θέας ἄξια, ἀξιθέατα, visu et spectaculo digna; *vel*, τρίκωλα καὶ τριπρόσωπα, trilatera et triplici aspectu; *vel*, πολλῶν κοσμίων ἄξια· γληνία *enim dicuntur* τὰ κόσμια.

Μορόεις, εσσα, εν, fatalis, exitiosus, multo labore confectus; *à* μόρος, ου, ὁ, portio, fatum exitiale.

Κρήδεμνον, ου, τὸ, vitta: *quasi* καρήδεμνον, *seu* δέμου τοῦ κάρη, *aliquando* 184
urbium mœnia, *seu* murorum pinnæ, *ut* π. 100. *est etiam* operculum doliorum, *aut* similium vasorum, *Odyss.* γ. 39.

Ἀρνέομαι, *fut.* ήσομαι, recuso, nego; ἀπὸ τοῦ αἴρειν τὰς χεῖρας ἐπὶ τῇ 191
παραιτήσει, à tollendis manibus cùm aliquid abnuimus et recusamus.

Ὁμόω, *fut.* σω, unio, coïre facio; ὁμόομαι, coëo. 209

Ἀγκοίνη, ης, ἡ, *poët.* ulna: *ex* ἀγκὼν, *quasi* ἀγκώνη, *mutato* ω *in* οι. 213

Ἰαύω, *hîc*, dormio, cubo. *Vide* ι. 325.

Ἱμὰς, *gen.* αντος, ὁ, cingulum. 214

Θελκτήριον, ίου, τὸ, illecebra; *à* θέλγω, mulceo, delinio; θελκτὴρ, ῆρος, 215
ὁ, delinitor, *Hymn. in Æsculap.* 4.

Τῆ, *pro* τάε, cape: *à* τάω· *vel pro* τῆθι, *per apocopen* τῆμι, capio: *ut* τλῆ, *pro* τλῆθι, capio.

Ξυμβάλλειν, obviàm ire; ξύμβλητο, *pro* συνεβέβλητο, 3. *sing. plusq.* 231
perf. pass.

Εἰδέω χάριν, habebo gratiam; γνώσομαι καὶ προσομολογήσω σοι χάριν. 235

Θρῆνυς, υος, ὁ, scabellum, *à* θράω, sedeo. 240

Ὅτε μὴ, nisi, *pro* εἰ μή. 248

Ἐπινύσσω, *fut.* ξω, admoveo, impello; *à* νύσσω, *idem.* 249

Μήσαο, struebas, *Ion. pro* ἐμήσω, 2. *sing. aor.* 1. *med. verbi* μήδομαι. 253

Ἀήτης, ου, ὁ, ventus, flatus; *ab* ἄω, spiro. 254

257 Ῥιπτάζω, *fut.* σω, jacto, conturbo, præcipitem do; *à* ῥίπτω, *idem.*

258 Ἄϊστος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo nihil sciri potest; *ab* ἴσημι, scio; *hinc* ἀϊστόω, *fut.* ώσω, memoriam alicujus amitto; ἀϊστώθησαν, evanuerunt, *Od.* κ. 259.

259 Δμητὴρ, ῆρος, ὁ, domitor, *Hymn. in Nept.* 5. δμήτειρα, ας, ἡ, domitrix; *à* δαμάω.

261 Ἄζετο, verberatur, 3. *sing. imperf. Ion. verbi* ἄζομαι.

Ἀποθύμιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, ingratus animo; *ab* ἀπὸ, *et* θυμὸς, οῦ, ὁ, mens: *quasi diversum à mente.*

269 Ἐέλδεαι, cupis, 2. *sing. præs. verbi* ἐέλδομαι, *poët. pro* ἔλδομαι.

271 Ἀάατος, *per duplicem privationem, vel per pleonasmum* τοῦ α. valde noxius, *et* innoxius: ἀάατον στυγὸς ὕδωρ, *id est,* ἀβλαβὲς τοῖς εὐόρκοις, vera jurantibus innoxia; *sed* πολυβλαβὲς τοῖς ἐπιόρκοῖς, perjuris exitiosa; *ab* α *priv. et* ἄω, *vel* ἄτω, *id est,* βλάπτω· *ab* ἀτάω, lædo, noceo.

289 Εἰλάτινος, *pro* ἐλάτινος, ίνη, ινον, *poët.* abiegnus; *ab* ἐλάτη, ης, ἡ, abies.

294 Ὡς, *aliquando significat* simul atque, *et sæpè geminatur, ut hîc.*

307 Πρυμνώρεια, ας, ἡ, extrema pars montis; *à* πρυμνὸς, ἡ, ὸν, extremus, *et* ὄρος, εος, τὸ, *idem.*

308 Τραφερὸς, ρὰ, ρὸν, *tam de* mari, *quàm de* terrâ *dicitur; quòd utraque animalia nutriat:* τραφερὴ, terra arida, continens; *à* τρέφω, nutrio.

314 Τραπείομεν, *Ion. et poët. pro* τραπῶμεν, *aor.* 2. *pass. subj.* ου *circumflex. resoluto in* εω, *deinde* ο *pro* ω *per systolen, et* ι *inserto metri causâ; à* τρέπω, *faciente fut.* 2. *act.* τραπῶ.

317 Ἠρασάμην, dilexi, 1. *sing. aor.* 1. *med. verbi* ἐράομαι.

Κείω, jacere, *vel* decumbere cupio, dormiturus sum; *à* κεῖμαι, jaceo; κίων, ουσα, ον, *part. aor.* 2.

Εὔαδε, *pro* ἕαδε, *pleonasmo* τοῦ υ· *quod est pro* ἕαδε, *mutato spiritu; hoc autem factum est per resolutionem Ion. ex* ἧδε, *aor.* 2. *verbi* ἁνδάνω *seu* ἅδω.

342 Δείδιθι, *pro* δέδιθι, 2. *sing. imperat. à* δείδω· *factum ex* δέδιε, *aut à* δέδιμι.

344 Διαδέρκω, perspicio, transpicio, *aor.* 2. ἔδρακον· *à* δέρκω.

347 Νεοθαλὴς, *et* νεοθηλὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, nupèr virens, qui noviter pullulavit; *item,* recens; *à* νέος, *et* θάλλω.

348 Ἐέρση, *pleonasmo poët.* τοῦ ε, *pro* ἕρση, ης, ἡ, ros; *unde* ἐρσήεις, εσσα, εν, roscidus.

349 Ὑάκινθος, ου, ὁ, *vel* ἡ, hyacinthus, *nomen herbæ et floris.*

351 Στιλπνὸς, ἡ, ὸν, lucens, *à* στίλβω, splendeo.

359 Κῶμα, ατος, τὸ, altus somnus, *per syncop. pro* κοίμημα· *à* κοιμάω, dormio; *vel, secundum quosdam, ab inusitato* κῶ, *pro* κεῖμαι, *secundum alios, à* κωμάζω, lascivè *et* petulanter epulor; *quia* κωμάζοντες *facilè in* κῶμα *decidunt.*

360 Παρήπαφεν, decepit, *aor.* 2. *verbi* παραφάω.

363 Προθορὼν, prosiliens; *à* θόρω, *seu* θορέω, insilio.

372 Πάναιθος, ου, ὁ καὶ ἡ, totus lucidus, splendidus; *à* πᾶς, *et* αἴθω.

Μίγνυμι, *fut.* ξω, *aliquando dicitur de* præliantibus, *ut hîc ;* δαῒ λευγαλέῃ, congredi, *vel* misceri in pugnâ perniciosâ, μιγῆναι, *a.* 2. *inf. p.* 386

Κλύζω, *fut.* σω, abluo, murmuro instar aquæ, mundo, *ut hîc, hinc* κλύδων, ωνος, ὁ, fluctus, *Odyss.* μ. 421. 392

Βρέμος, ου, ὁ, fremitus, fragor, crepitus ; *à* βρέμω, *unde etiam* βρομέω, *idem*, π. 642. 396

Ἀγχόθι, *idem quod* ἀγχοῦ, *vel* ἀγχί. 412

Στρόμβος, ου, ὁ, trochus, turbo, *idem quod* στρόβιλος, *à* στροβέω, circumago, torqueo : *hoc autem à* στρέφω, verto. 413

Ἀπέμεσσε, evomuit ; *ab* ἐμέω, vomo. 437

Πλῆτο, *pro* πέπλητο, *vel* ἐπέπλητο, *plusq. perf. pass. verbi* πλάω· *per syncop. pro* πελάω, appropinquo ; πλῆτο χθονὶ, *id est,* ἐπεπέλαστο, appropinquavit ad terram. 438

Κατίμεν, descendere, *Ion. pro* κατιέναι, *præs. inf. verbi* καθίημι. 457

Λικριφὶς, *adv.* obliquè ; *à* λέχριος, ία, ιον, obliquus. 463

Συνεοχμὸς, οῦ, ὁ, *pleonasmo Att.* τοῦ ε, *pro* συνοχμὸς· *idem quod* συνοχὴ, ῆς, ἡ, junctura, commissura, qua duo inter se coëunt, et continuâ quâdam cohærentiâ copulantur ; *à* συνέχω. 465

Ἀστράγαλος, γάλου, ὁ, vertebra, ossiculum tali ; παρὰ τὸ ἀστραβῆ καὶ ὀρθὴν φυλάττειν τὴν βάσιν, quòd facit ut gressus sit rectus, et non tortus. 466

Βεβαὼς, ῶτα, ὸς, stans ; *à* βάω, gradior ; *quod à* βαίνω· *aut* βεβαὼς, *Ion. pro* βεβακὼς, *quod pro* βεβηκὼς, *ut* βεβάασι, *pro* βεβήκασι, β. 134. *et* βεβάμεν, ρ. 359. 477

Ἀλκτὴρ, ῆρος, ὁ, vindex, propulsator : *ab* ἀλκὴ, ῆς, ἡ, robur, vis. 485

Κώδεια, *et* κωδία, ας, ἡ, caput papaveris, globulus, caput, *ut hîc ; à* κῶμα, ατος, τὸ, sopor ; *quia qui papaver degustârant, somnolenti sunt.* 499

Ἀνδράγρια, ων, τὰ, spolia detracta homini qui in prœlio occubuit ; *ab* ἀνὴρ, *et* ἄγρα, præda. 509

CLAVIS HOMERICA

IN O'. ILIADIS.

ἈΠΙΝΥΣΣΩ, desipio ; *item*, efflo, exspiro ; *à* πινύω, moneo, *à* πνύμι, sapio ; *propriè idem quod* πνέω. 10

Κακοῤῥαφία, ας, ἡ, malorum machinatio, *vel* consutura, insidiæ ; *à* κακὸς, *et* ἐῤῥάφην, *à* ῥάπτω, consuo. 16

Μέμνῃ, *contract. Atticè ex* μέμνηαι, ε *et* α *coalescentibus in* η, *et* ι *subscripto : hoc autem per systolen, pro* μέμνηαι, *quod est Ion. pro* μέμνησαι, *secunda pers. perf. verbi* μνάομαι.

Ἄκμονας, incudes, *ab* ἄκμων, ονος, ὁ, incus, *per syncop. pro* ἀκάμων· *à* κάμνω, fatigor, *quòd nullis ictibus fatigetur ; hinc* ἀκμόθετον, ου, τὸ, σ. 410. locus ubi ἄκμων τίθεται, ubi reponitur incus. 19

Ἰάλλω, *hîc*, includo, ligo. *Vide* θ. 300.

22 Τεταγὼν, *pro* ταγὼν, *Ion. anadiplasiasmo, aor.* 2. *à* τάζω, *significante idem quod* λαμβάνω.

Βηλὸς, οῦ, ὁ, cœlum, *propriè,* limen domûs, α. 591. cœlum *est* βηλὸς, *quòd illic dii et astra gradiantur.*

24 Ὀλιγοπελέω, *idem* ὀλιγηπελέω, parva res sum, infirmus sum, sum ferè mortuus; *à* πέλω, sum, *et* ὀλίγος.

25 Ἀζηχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *aliquando* continuus; *quasi* ἀδιεχὴς, ὁ μὴ διεχής· *vel* ἄδην ἔχων. *Vide* δ. 435.

27 Πεπιθὼν, *pro* πιθὼν, *ut* τεταγὼν, *paulò antè.*

31 Ἀπολλήξῃς, desistas, *pro* ἀπολήξῃς, 2. *sing. fut. verbi* ἀπολήγω.

36 Ἴστω, sciat, *per syncop. pro* ἰσάτω· *sic etiam* ἴστων, *pro* ἰσάτων.

37 Καταλείβω, effundo; *idem* κατείβω· καταλείβομαι, *et* κατείβομαι, diffluo, distillo, εἴβω *autem est Æolicè et Ionicè* λείβω.

86 Δεικανάομαι, accipio; *à* δέκομαι, *quod est Ion. pro* δέχομαι.

102 Ἰαίνω, calefacio, exhilaro, *ut hîc,* ἰάνθη, 3. *sing. aor.* 1. *pass. Metaphora ducta ab herbis, quæ imbre madefactæ, et emollitæ, lætiores redduntur; ab* ἴα, ας, ἡ, vis.

128 Ἠλὸς, *per syncop. pro* ἠλεὸς, ὰ, ὸν, vagus, errabundus, stultus, stolidus; *ab* ἄλη, ης, ἡ, error.

133 Φυτεύω, planto, creo, *item* struo, machinor, molior; *à* φύω.

140 Πέφατ', interfectus est, 3. *sing. perf. pass. verbi* φάω.

145 Ὅτι, *cum superl. significat* quàm.

162 Ἀλογέω, aspernor, contemno, rationem alicujus non habeo; *à* λόγος, ratio.

172 Αἰθρηγενὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, frigus, *vel* serenitatem inducens; *ab* αἰθὴρ, *et* γίνομαι.

185 Ὑπέροπλον, superbè, violenter, temerè, audacter; *ab* ὑπέροπλος, ὑπεροπλία, α. 204.

190 Παλλομένων, *subintelligitur* κλήρων, *aut est partitivè positum;* πάλλομαι *hîc* sortior, movere sortes.

194 Βέομαι, moveor, puto; *à* βαίνω.

214 Πεφιδήσενται, *paulò post futur. verbi* φιδέω, *vel est fut. verbi* πεφιδέω, *facti per anadiplasiasmum, ex præt. med.* πέφιδα· *à* φείδω.

237 Φασσοφόνος, ου, ὁ, occisor columbarum; *à* φάσσα, ἡ, columba, *et* φονέω, occido.

246 Ὀλιγοδρανέω, langueo; *ab* ὀλιγοδρανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *idem quod* ἀδρανὴς, εος, ὁ καὶ ἡ, faciendi facultate destitutus; *ab* ὀλίγος, *et* δράω, facio.

253 Ἀοσσέω, auxilior; *hinc* ἀοσσητὴρ, ῆρος, ὁ, adjutor; ἄνευ ὄσσης βοηθῶν αὐτομάτως, qui sponte, et non vocatus, alteri opitulatur; *ab* ὄσσα, ης, ἡ, vox.

260 Λειανέω, *fut. à* λειαίνω, lævigo, lævo, complano, explano; *à* λεῖος, εῖα, εῖον.

273 Ἠλίβατος, ου, ὁ καὶ ἡ, admodum excelsus, tam altus ut ab ejus accessu aberres; *ab* ἀλιτεῖν, errare, *et* βαίνω· *vel,* tam altus ut soli tantùm pervius fit.

Δάσκιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, *per syncop. pro* δασύσκιος, densam, *aut* spissam umbram faciens; *à* δασὺς, εῖα, ὺ, *et* σκιά· *aut à* δὰ, *idem quod* ζα *in compositione.*

Κατενῶπα, *vel* κατένωπα· *per syncop. pro* κατενώπια· *à* κατενώπιον, *idem quod* ἐνώπιον, *à* κατὰ, ἐν, *et* ὤψ. 319

Μητίσσομαι, machinabor, 1. *sing. fut. poët. verbi* μητίζομαι. 349

Κατωμαδὸν, *adverb. ab* ὦμος, ȣ, ὁ, humerus. 352

Σκάπετος, *idem* κάπετος, ὁ, fossa; *à* σκάπτω, fodio. 356

Γεφυρόω, *fut.* ώσω, ponte, *seu* pontibus jungo, facio foveam, *vel* aliquid hujusmodi, ut sit facilè ad transitum, *ut hîc*. 357

Ἄθυρμα, ατος, τὸ, lusus, *propriè*, puerulis; *ab* ἀθύρω, ludo ut puer, quisquilias colligens humi *et* construens; *item*, ludo, *in genere: ab* α *et* θύρα, ας, ἡ, janua; *extra fores enim potiùs, quàm in domo luditur*, Coul. 363

Ἤϊος, ία, ιον, jaculandi peritus; *ab* ἵημι· *epitheton Apollinis et Bacchi*. 365

Ναύμαχος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, navali prælio aptus; *à* ναῦς, *et* μάχομαι. 389

Κολλήεις, εσσα, εν, glutinatus, glutine compactus; *à* κολλάω.

Στάθμη, ης, ἡ, amussis, regula, ad quam aliquid exæquatur; *ab* ἵστημι, appendo; ςαθμὸς, ȣ͂, ὁ. 410

Ὑποθημοσύνη, ης, ἡ, præceptum, admonitio; *ab* ὑποτίθημι. 412

Εἰσάμην, *pro* εἰσάμην· *ab* εἶμι, vado. 413

Ἰοδόκος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, sagittarum receptrix, pharetra; *à* δέχομαι, *et* ἰὸς, jaculum; *ab* ἵημι, mitto. 443

Εὔςρεφὴς, έος, ὁ κ̀ ἡ, *et poët.* ἐΰςρεφὴς, pulchrè tortus, tortilis, flexilis; *à* ςρέφω. 462

Χαλκοβαρὴς, έος, ὁ κ̀ ἡ, ære gravis; *item*, firmus, solidus; *à* χαλκὸς, ȣ͂, ὁ, *et* βάρος, εος, τὸ. 464

Τετραθέλυμνος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, quatuor habens fundamenta, quadruplex; *à* θέλυμνον, ι. 537. 478

Βέλεμνον, ȣ, τὸ, *idem quod* βέλος, εος, τὸ, telum, sagitta, α. 42. 485

Pro ȣ͂τινος, *Attici dicunt* ὅτȣ, *Iones* ὅτεο, *Dor.* ὅτευ, *Æol. et poët.* ὅττεο, *et* ὅττευ. *Pro* ᾧτινι, *Attici* ὅτῳ, *Iones* ὅτεῳ. *Pro* ὧντινων, *Attici* ὅτων, *Iones* ὅτεων. *Pro* οἷστισι, *Attici* ὅτοις, *Ion.* ὅτεοις, *et* ὁτέοισι. 490

Ἀκήρατος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, immortalis, integer, incorruptus; *ab* α *priv. et* κῆρ, cor, *et* ἄτη, damnum; *quod ab* ἀτάω, lædo, *vel*, *à* κὴρ, fatum, fatum lethiferum. *Vide* ε. 812. *aliquando* purus, sincerus, *ut* ὕδωρ ἀκήρατον, ω. 303. 497

Ἔμβαδον, pedestri itinere; *à* βαίνω. 504

Στρεύγω, dolore afficio, expungo, tardo, cesso; ςρεύγομαι, *quasi* guttatim *et* paulatim deficio, tabesco, consumor: *à* στραγγεύω, guttatim exprimo. *metaph.* premo, *et quasi* per angustum foramen exire cogo, *à* ςρὰγξ, γγὸς, ἡ, gutta, stilla; *quod à* στάζω, stillo, *cujus fut.* ςάξω, *unde pleonasmo* τȣ͂ γ, *et* ρ, ςράγξ. 511

Ὕπαιθα, coram, rectà, ex obliquo, *ut hîc;* ἀντὶ τȣ͂ ἔμπροσθεν, καὶ ὑπαὶ τὸ ἰθὺ, *Eustath.* 520

Κύμβαχος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, pars galeæ, cui infigitur crista, *ut hîc*. *Vide* ε. 586. 536

Ἐλιάσθη, prolapsus est, 3. *sing. aor.* 1. *pass. verbi* λιάζω. 543

Ἀποςαδὸν, eminus; *ab* ἀπὸ, *et* ἵστημι. 556

Ἐξάλμενος, ένη, ενον, exsiliens, *per syncopen pro* ἐξαλλόμενος. 571

Ἀολλισθήμεναι, congregari, *a.* 1. *inf. pass. Dor. pro* -ῆναι, *verbi* ἀολλίζω. 588

597 Ἐξαίσιος, ἰυ, ὁ ϰ ἡ, iniquus, indecens, *ut hîc; ab* αἶσα, ης, ἡ.

607 Ἀφλοισμὸς, οῦ, ὁ, *idem quod* ἀφὸς, οῦ, ὁ, *ab eodem fit, mutato* ρ *in* λ, *et pleonasmo* τοῦ ο.

620 Τροφόεις, εσσα, εν, bene alitus *et* nutritus, *aliquando* ingens, *ut hîc;* ἀ τροφὴ, ῆς, ἡ, alimentum; *quod* ἀ τρέφω, alo.

Ἐρεύγω, ructo; προσερεύγω, adructo, *vel* cum ructu adflo.

640 Οἴχνεσκε, abibat, 3. *sing. imperf. Ion. pro* ᾤχνεε, *verbi* οἰχνέω.

653 Εἰσωπὸς, οῦ, ὁ, ante conspectum aliquid habens; *ab* εἰς, *et* ὤψ.

678 Βλῆτρον, ȣ, τὸ, clavus ferreus; ἀ βάλλω.

679 Κελητίζω, equum desultorium ago, *vel* tali vehor; ἀ κέλης, ητος, ὁ, equus desultorius. *Odyss.* ε. 371.

680 Πίσυρες, *idem quod* τέσσαρες.

682 Λαοφόρος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, populos ferens; ὁδὸς λαοφόρος, via publica, pervulgata, frequentata.

685 Ἰκρίον, ȣ, τὸ, tabula, tabulatum; παρὰ τὸ ἀκρίον, *quod* εἰς ἄκρα, factum.

692 Πρῶρα, ας, ἡ, anterior pars navis; κυανόπρωρος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, cœruleam habens proram, *vel* nigram.

705 Ὠκύαλος, ȣ, ὁ ϰ ἡ, velociter per mare currens; *ab* ἅλς, mare, *et* ὠκὺς, εῖα, ὺ.

709 Ἀϊκὴ, ῆς, ἡ, violentus motus, impetus; *ab* ἀΐσσω, ruo.

712 Μελάνδετον φάσγανον, ensis nigrum habens manubrium; ἀ δέω, ligo.

Κώπη, ης, ἡ, remus, manubrium, α. 219. κωπήεις, εσσα, εν, manubrium habens, *seu* capulum.

717 Ἄφλαστον, ȣ, τὸ, summa puppis pars; παρὰ τὸ μὴ ῥηϊδίως φλᾶσθαι, *id est*, θλᾶσθαι.

730 Δεδοκημένος, η, ον, observans, *part. præt. pass. verbi* δοκάω.

CLAVIS HOMERICA

IN Π'. ILIADIS.

14 ΖΩΩ, *poët. pro* ζάω.

31 Αἰναρέτης, ȣ, ὁ, cujus virtus est in malum usum, in malum vi et virtute abutens; *ab* αἰνὸς, ἡ, ὸν, *et* ἀρετὴ, ῆς, ἡ, virtus.

44 Ἀκμῆτες, recentes, indefessi. *Vide* λ. 801.

47 Λίτομαι, *idem quod* λίσσομαι, oro.

50 Ἐμπάζομαι, curo, rationem habeo, revereor, *ab* ἔμπας, prorsus.

53 Ἀμέρσαι, *pro* ἀμεῖρσαι· *ab* ἀμείρζω, aliquem portione suâ privo; μείρζω, *autem à* μείρω· *aut* ἀμέρσαι, *Æolico more, pro* ἀμεῖραι, *ut* κέρσαι, *pro* κεῖραι· *aut regulariter, ab* ἀμέρδω. *Vide* ν. 340.

57 Κτεατίζω *fut.* σω, acquiro, *aut* possideo; ἀ κτέαρ *antè*, ε. 154. *hoc autem à* κτάομαι.

Μηνιθμὸς, ϐ, ὁ, ira divina, *seu* odium adversus peccatores: *hîc autem, ut etiam aliis locis, pro* μῆνις. 62

Κεκλίαται, conclusi sunt, 3. *plur. perf. pass. Ion. pro* κέκλεινται, *à verbo* κλείω. 68

Ἔναυλος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, *propriè*, tibiis personans; *ab* αὐλὸς, ϐ, ὁ, tibia, *sed hîc* fossa campestris: *quod hujusmodi fossæ ut tibiæ in longum porrigantur.* 71

Εἰδείην, *præs. optat. ab* εἴδημι, *ut* τιθείην, *ex* τίθημι. 73

Ἀπονάσσωσιν, *poët. geminato* σ, *pro* ἀπονάσωσιν, *aor.* 1. *subjunct. ab* ἀπονάω, ad habitandum me confero, *in aor.* 1. migrare facio, *ut hîc; à* νάω, habito. 86

Πόρω, *poët. idem quod* πορίζω, præbeo, suppedito.

Ἐμϐήη, *pro* ἐμϐαίη, *aor.* 2. *act. opt. ut* στήη, *pro* σταίη· *ab* ἐμϐαίνω, α *converso in* η, *et* ι *subscript.* 94

Κρήδεμνον, ϐ, τὸ, mœnia *aliquando, seu* murorum pinnæ. *Vide* ξ. 184. 100

Καναχὴ, ῆς, ἡ, sonitus. *Vide* μ. 36. 105

Καπφάλαρ᾽, *pro* κατὰ φάλαρα, *Æol. et poët. syncop.* 106

Κολὸς, ἡ, ὸν, mutilus; *à* κολϐω, amputo. 117

Φυκτὸς, ἡ, ὸν, evitabilis; *à* φεύγω, ϗ ϐκ ἔτι φυκτὰ πέλωνται, et non ampliùs vitandi potestas data sit. 128

Παρηορία, ας, ἡ, habena, *seu* lorum equi: *à* παρήορος, *antè. Vide* η. 156. *et* θ. 87. 152

Χρυσηλάκατος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, auream habens colum, *vel* aureas habens sagittas; *ab* ἠλακάτη, ης, ἡ, colus. 183

Ἐϐάζετε, dicebatis, 2. *plur. imperf. verbi* βάζω. 207

Ἄρθεν, *pro* ἄρθησαν, *pro* συνηρμόθησαν, aptè compositæ sunt. 211

Ἀνεμοσκέπης, έος, ὁ ϗ ἡ, à vento tegens; *à* σκέπω, tego, *et* ἄνεμος, ventus. 224

Οὖλος, η, ον, mitis, sanus, crispus, mollis, villosus, *ut hîc; ab* ὄλλυμι. *Vide* κ. 134.

Τέω, *Ion. pro* τίνι, cui. 227

Ὅτε μὴ, nisi.

Χηλὸς, ϐ, ὁ, arca: *à* χέω, capio; ἡ χέουσα τὰ ἐπιθέμενα. 228

Ὑποφήτης, ϐ, ὁ, propheta; *à* φημὶ, dico. 235

Χαμαιεύνης, *pro* χαμεύνης, ϐ, ὁ, qui humi cubat; *à* χαμαὶ, *et* εὐνή.

Εἰνόδιος, ίϐ, ὁ ϗ ἡ, in viâ situs, in viâ habitans; *ab* ὁδὸς, οῦ, ἡ, via.

Ἐριδμαίνω, ad contentionem provoco, irrito, *ab* ἔρις, ιδος, ἡ, contentio.

Στεροπηγερέτης, ϐ, ὁ, qui fulgur suscitat, *Jovis epithet. à* στεροπὴ, ῆς, ἡ, *et* ἀγείρω, στεροπηγερέτα, *Bœot. nomin.* 298

Προτροπάδην φοϐεῖσθαι, *dicuntur qui cum maximâ celeritate fugiunt, hostibus terga vertentes.* 304

Σκέλος, εος, τὸ, crus; *à* σκέλλω, sicco, arefacio; διὰ τὸ ἄσαρκον· *vel,* παρὰ τὴν σχίσιν, quòd crura sunt disjuncta inter se; *vel,* παρὰ τὴν κέλευθον δι᾽ ἧς βαδίζομεν, à viâ per quam gradimur. 314

Μυὼν, ῶνος, ὁ, musculus: *item* pars quæ præcipuè habet musculos; νευρώδης τόπος· *à* μῦς, μυὸς, ὁ, musculus. 315

Ὑποθερμαίνω, subcalefacio, calore succendo, -ομαι, incalesco, ὑπεθερμάνθη, 3. *sing. aor.* 1. *pass.* 335

339 Ῥαίω, corrumpo, disperdo, &c. ῥαίομαι, frangor, &c.
341 Παρηέρθη, suspensum est, *aor.* 1. *ind. pass. verbi* παραείρομαι· *aut si legendum sit* παρηερέθη, *à* παραερέθομαι, attollor, suspendor; *ab* ἀείρω.
347 Κεάζω, *fut.* σω, findo; *à* κέω, *idem;* κέασσε, 3. *sing. aor. primi, pro* ἐκέασε.
352 Ἐπιχράω, invado, vehementi cum impetu adorior; *à* χράω, *aliquando idem.*

Ἔριφος, ἴφου, ὁ, hœdus, caper recens; ἐν τῷ ἔαρι φαινόμενος, vere primo natus: *ut* χίμαρος, ου, ὁ, caper, *est* ἐν τῷ χειμῶνι τεχθεὶς, partus hyeme.
364 Σάω, servabat, *hîc pro* ἐσάωζε, 3. *sing. imperf. act. aliquando pro* σάωζε, *imperat. modo; vel Dorice, pro* ἐσάου, *ab* ἐσαόμην, *et* -σάου, *in imper.*
375 Τανύοντο, extendebantur, 3. *plur. imperf. pass. Ion. verbi* τανύω.
379 Ἀνακυμβαλιάζω, cum sonitu evertor; *vel* ruo; *à* κυμβαλίζω, cymbalum pulso; *à* κύμβαλον, ου, τὸ, cymbalum.
387 Σκολιὸς, ὰ, ὸν, tortuosus, obliquus. *metaph.* pravus.
388 Ὄπις, ιδος, ἡ, ultio, cura, consideratio, reverentia, *ut hîc.*
390 Κλιτὺς, ύος, ἡ, vallis, declivitas, devexitas montis; *à* κλίνω.
392 Κὰρ, *pro* κάρη, τὸ, *indecl. per Apoc. idem quod* κάρηνον, caput; ἐπὶ κὰρ, in caput, præceps.
395 Παλιμπετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, relapsus; *à* πάλιν, *et* πίπτω, *tanquam à* πέτω· παλιμπετὲς, *adverb.* retrorsum, retro.
398 Ἀποτίννυμι, pœnas sumo; *à* τίννυμι, luo, solvo; τιννύω, τίνω, τίω, *idem.* ἀπετίννυτο, 3. *sing. imperf. pass.*
404 Ἠΐχθησαν, defluxerant, 3. *plur. aor.* 1. *pass. verbi* ἀΐσσω.
407 Ἱερὸς, *interdum* magnus, in suo genere præstans, *ut hîc;* ἱερὸν ἰχθὺν, magnum piscem, λ. 194. ἱερὸν κνέφας, magna caligo.
408 Ἤνοψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, sonorus, vocalis; *item,* perspicuus, lucidus, *ut hîc.*
409 Κεχηνὼς, υῖα, ὸς, *à* κέχηνα, *præt. med. verbi* χαίνω.
410 Ἔωσα, *Atticè pro* ὦσα, *aor.* 1. *act. verbi* ὠθέω, *ex inusitato* ὤθω.
421 Ἀμιτροχίτων, ωνος, ὁ καὶ ἡ, spoliatus mitrâ ac tunicâ, spoliatus, humi jacens; ἄνευ μίτρας καὶ χιτῶνος, sine balteo, mitrâ, et tunicâ; *ab* α *privat. et* μιτροχίτων, mitra tunicam cingens.
422 Πόσε, quò.
429 Κλάζω, *pro* κλάγγω, clamo, κλάζοντε nom. dual.
435 Μέμονε, mansit, 3. *sing. præt. med. verbi* μίμνω.
453 Αἰὼν, ῶνος, ὁ, vita. *Vide* δ. 478. *et* ε. 685.
459 Ψιὰς, άδος, ἡ, roris gutta; αἱματοέσσας ψιάδας, stillas sanguineas.
460 Ἀΐσθω, *idem quod* ἀΐω, audio; *item,* expiro, *ut hîc.*

Τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἀποκείρατο;	Quis pilos pro lanâ totondit?
Τιτανῶδες βλέπει.	Titanicè intuetur.
Τίκτει κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ἀνδρὶ παρείη.	Parit securitas ferociam, quando malo viro adfuerit.
Τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι;	Quis aberret a januâ?
Τίς τῇδε;	Quis ibi?
Τίς ἀνάγκη Σαπραγόρᾳ; προῖξ.	Quid opus Sapragora? dos.
Τιτανίδα παροικεῖς.	Titanidem accolis.
Τίθει παρὰ χρυσοῦν κεραμεοῦν ποτήριον.	Appone juxta aureum etiam figulinum poculum.
Τί τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ πύργου κρίνετε;	Quid Achivos judicatis ex mœnibus?
Τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ;	Quare te non suspendisti, ut Thebis heros fias?
Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ;	Quid cani commune cum balneo?
Τί μικρῶν πέρι, μεγάλα προοιμιάζῃ;	Quid in re parvâ longa exordia facis?
Τί μὴ διώκεις τὴν εὐθεῖαν, ἀλλὰ πλανᾷ;	Sectare quid ni rectum, oberras sed viâ?
Τίς χρεία πυθομένου κρομμύου;	Quæ utilitas putridi cepis?
Τί δ' ἄλλο φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ;	Quid præter isthæc vox et umbra vir senex?
Τίς οὐ γενήσῃ τυγχάνων εἰς Ἀρβέλας;	Quis non futurus es, modò Arbelis agas?
Τιτυοῦ σὲ περιμένει καὶ Ἰξίονος κολαστήρια.	Tityi te et Ixionis supplicia manent.
Τὸ Ξενοκράτους τυρίον.	Xenocratis caseolus.
Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον.	Meliaca navis.
Τὸ ἀγαθὸν μυθητάν.	Egregium fabulatorem.
Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε.	Bovem volentem age.
Τοῦ πατρὸς ἐστὶ τὸ παιδίον.	Patris filiolus est.

Τὸ μέλλον ὐδεὶς ἐκφύγων.	Nemo futurum effugerit.
Τοῖς σίτυ ἀπορῦσι οἱ ὄροβοι.	Frumento indigentibus ervi.
Τῦτο τὸ ὑπόδημα ἔῤῥαψε μὲν Ἱστιαῖος, ὑπεδήσατο δὲ Ἀρισταγόρας.	Hoc calceamentum consuit quidem Histiæus, induit autem Aristagoras.
Τοῖς εὐτυχοῦσι τρίμην' ἐστὶ παιδία.	Viris beatis sunt trimestres liberi.
Τὸν οἶκον θησαυρὸν διαβάλλεις.	Domesticum thesaurum calumnias.
Τὸ εὔωνον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν.	Carnem vili emptam canes edunt.
Τὸ πέρδικος σκέλος.	Perdicis crus.
Τότ' ᾄδονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν.	Tunc olores cantabunt, quando graculi tacebunt.

ἙΚΑΤΟΝΤΑΣ ιθ'. — CENTURIA XIX.

ΤΟ σκαμβὸν ξύλον, οὐδὲ πότ' ὀρθόν.	CURVUM lignum nunquam rectum.
Τοιῦτο Θεμιστοκλῆς οὔποτ' ἐνόησε.	Tale quid Themistocles nunquam excogitavit.
Τὸ καλὸν φίλον εἶναι.	Quod pulchrum est gratum esse.
Τὸ μὲν πῦρ ὁ ἄνεμος, τὸν δὲ ἔρωτα ἡ συνήθεια ἐκκαίει.	Ignem ventus, amorem autem consuetudo incendit.
Τὸ Πάρνυ σκαφίδιον.	Parni scaphula.
Τοῦ Μορύχυ Διονύσυ.	Molachi Bacchi.
Τοῖς σαυτοῦ πτέροις ἥλως.	Tuismet pennis captus es.
Τοῖς κακοῖς τρὶς τὰ κακά.	Malis ter mala.
Τοσοῦτον σχεδὸν, ὅσον ἐκ Διονυσίων.	Tantùm ferè quantùm ex Bacchanalibus.
Τόλμα πρήξιος ἀρχὴ· τύχη δὲ τέλος κηρίης.	Rebus principium est audacia, perficit has sors.
Τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον, ὐδὲ Θεὸς οἰκτείρει.	Qui domi compluitur, ejus nec Deus miseretur.
Τοὺς κενὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι· τὺς δὲ ἀνοήτυς τὸ οἴημα.	Inanes utres ventus distendit, insipientes autem opinio.
Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκας.	Colophonem imposuisti.
Τὸν καπνὸν φεύγων, εἰς τὸ πῦρ ἔπεσον.	Fumum fugiens, in ignem incidi.
Τὸ παρὰ δρυῒ σκότος.	Per tenebras quæ apud quercum.
Τὸν πόλεμον ἐξωρχήσαντο.	Extra bellum saltârunt.
Τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπέτισεν.	Canis delictum sus luit.
Τὸν πόκον περικείρεσθαι βούλομαι τῶν προβάτων· ἀλλ' ὐ ζυρᾶσθαι δυσμενῶς ἄχρις ἐπιδερμίδος.	Vellus ovium tondere volo: sed non crudeliter illas radi usque ad cutem.
Τὸν ἐπὶ τῇ φακῇ μῦθον.	De lente fabulam.
Τοῦ Κροίσυ παιδὸς σιγηλότερος.	Crœsi filio taciturnior.
Τὸν τρέχοντα ἐρέθιζε.	Currentem incita.

Τὸ ἀρνίον σοῦ λελάληκεν.	Agnus tuus locutus est.
Τὸ βασιλικὸν βοΐδιον.	Regia bacula.
Τὸ Δίωνος γρῦ.	Dionis gry.
Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐν τῇ γλώσσῃ τοῦ μεθύοντος.	Quod est in corde sobrii, est in linguâ ebrii.
Τὸ Φιλοξένου οὔ.	Philoxeni non.
Τὸ Πάσητος ἡμιώβολον.	Pasetis semiobolus.
Τὸ πέλαγος πρότερον οἴσει ἄμπελον, ἢ τόδε τὶ γενέσθαι.	Priùs pelagus vitem ferret quàm hoc fiat.
Τὸ Ἱππάρχου τειχίον.	Hipparchi murus.
Τὸν Ὕλαν κραυγάζεις.	Hylam inclames.
Τὸ μὲν νόημα τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν.	Consilium quidem Dei fuit, factum autem meum.
Τοῦ Δίος τὸν σάνδαλον.	Jovis sandalium.
Τὸ κανοῦν τῆς θεοῦ φέρει.	Canistrum deæ fert.
Τὸ Δωδοναῖον χαλκεῖον.	Æs Dodonæum.
Τοῦ Βαΰνος χοροῦ.	Ex Baynis choro.
Τὸν ἐν κάλυξι καθήμενον εἴρειν χρὴ στεφάνους.	Inter calices sedentem coronam plectere oportet.
Τὸ Ἐπιμενίδειον δέρμα.	Epimenidia cutis.
Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται· τὸ δὲ σὸν ἐν σοι παύεται.	A me quidem familia mea incipit, tua autem in te desinit.
Τὸ Φρυνίχου πάλαισμα.	Phrynichi commentum.
Τοῦ Μίδα πλοῦτον, καὶ Κροίσου, καὶ Κινύρου.	Midæ opes, et Crœsi, et Cyneræ.
Τορώνη.	Torone.
Τοῦ σελίνου δεῖται.	Apio indiget.
Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν.	Scabentem mutuò scabere.
Τὸ γέρας, ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν· πάντ' ἐστ' ἰδεῖν γὰρ εἰς τοῦτο καταπεφευγότα.	Senecta ut ara incommodorum est omnium, huc cuncta ferri, his occupatum cernere est.
Τὸ ἐμὸν ἐμοὶ λέγεις ὄναρ.	Meum refers mihi somnium.
Τοῖς μὲν δούλοις ἡ ἀνάγκη νόμος, τοῖς δὲ ἐλευθέροις ὁ νόμος ἀνάγκη.	Servis quidem necessitas lex est, liberis autem lex est necessitas.
Τοῦ σιγᾷν τὴν ἀλήθειαν, χρυσὸν ἐστὶ θάπτειν.	Veritatem reticere, aurum est sepelire.
Τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε.	Mortuo nè maledicas, sed beatum prædica.
Τραγικὸς Θεοκρίνης.	Tragicus Theocrines.
Τρέχει τὴν ἐσχάτην.	Extremum curriculum obit.
Τρικέφαλος Ἑρμῆς.	Triceps Mercurius.
Τροχίλος θεραπεύει κροκόδειλον.	Trochilus crocodilo medetur.
Τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι.	Ter sex, aut tres tesseræ.
Τριτογενείας ἔφυ παῖς.	Tritogenia puer est.
Τρίτου κρατῆρος ἐγεύσω.	Ex tertio cratere gustâsti.
Τρὶς τοῦ βίου λέλουται, ὥσπερ οἱ Δαρδανεῖς.	Ter lotus est in vitâ, ast instar Dardanorum.
Τραγικὸν πάθος.	Tragicum malum.

Τρίτη κεφαλῇ καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ.	Tertio capiti et tertio cerebro.
Τρωφωνίου κατὰ γῆς παίγνια.	Trophonii sub terrâ lusus.
Τρόπον ἀσκοῦ διψηνῶν.	Utris in morem sitiens.
Τρυγόνος λαλίστερος.	Turture loquacior.
Τραγικὸς πίθηκος.	Simius tragicus.
Τροχὸς τὰ ἀνθρώπινα.	Trochus res mortalium.
Τρικέφαλε Γηρυόνη.	Triceps Geryones.
Τυφλότερος ἀσπάλακος.	Talpâ cæcior.
Τυφῶνος πολυπλοκώτερον.	Typhone multiplicius.
Τυφλὸν ὄνειρον.	Cæcum somnium.
Τυφογέρων.	Typhogeron.
Τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν.	Qui amat, circa rem amatam cæcus redditur.
Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ.	Cæcutiunt aures tibi, mens, lumina.
Τὸ πολλὰ τολμᾶν, πολλὰ ἁμαρτάνειν ποιεῖ.	Audere multa, ut multa peccentur facit.
Τῶν ἐαρινῶν φύλλων πλείονές εἰσιν οἱ συκοφάνται.	Vernalibus foliis plures sunt sycophantæ.
Τῶν ἀνεφίκτων μὴ ἐπιχείρει.	Quæ consequi non possis, nè aggrediaris.
Τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστιν.	Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.
Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.	Nam laborantem etiam Deus juvat simul.
Τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν.	Ficulno folio anguillam.
Τῶν δ' ὄνων οὔ μοι μέλει.	De asinis mihi non est curæ.
Τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος νικᾷ.	Plurium calculus vincit.

Υ. — Υ.

ὝΒΡΙΣ ὕβριν ἔτικτε, καὶ ψόγος ψόγον.	INJURIA ex injuriâ, ex probro probrum.
Ὑγρὰ νύξ.	Humida nox.
Ὑγιέστερος Κρότωνος.	Sanior Crotone.
Ὕβριν τε τίκτει πλοῦτος, ἢ φειδὼ βίου.	Ferociam gignunt opes, vel vitâ frugi.
Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασι φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.	Injuria et vinum amicis amicorum mores detegere solent.
Ὕβρις μικρῶν κρατοῦντα, φύσασθαι μέγα.	Spirare magnum turpe, si parvum premas.
Ὕδρας κεφαλὰς τέμνεις.	Hydræ capita secas.
Ὑδροφορίαν ἄγεις.	Hydrophoriam agis.
Ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.	Aquam bibendo, nil boni produxeris.
Ὕδωρ παραῤῥεῖ.	Aqua influit.
Υἱὸν τρέφει τις κἂν πένης τὶς ὢν τύχῃ.	Natum, tametsi pauper, educat suum.

Θυγατέρα δ' ἐκτίθησι, κἂν ᾖ πλούσιος.	Natam, tametsi dives, exponit suam.
Ὑμεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.	Vos neque tertii, neque quarti.
Ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε, οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται.	Vos dæmonem eligite, dæmon vos non deseret.
Ὑπὲρ τὸν κατάλογον.	Ultra catalogum.
Ὑπὸ τοῦ δικαίου δ' ἐστὶν ἡττᾶσθαι καλόν.	Ab æquitate vincier, pulchrum ac bonum.
Ὕπνοι καὶ κόποι μαθήμασι πολέμιοι.	Somni et molestiæ disciplinarum sunt hostes.
Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους.	Supra Callicratis facultates.
Ὑπεψενισμένη, ἀκμαία πρὸς τόκον.	Ὑπεψενισμένη, hoc est, Ad partum robusta.
Ὑποβολιμαῖος εἶ.	Suppostitius es.
Ὑπερβερεταῖος.	Ὑπερβερεταῖος.
Ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος.	Subjugus homo.
Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος.	Sub omni lapide scorpius.
Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς.	Ultra fossas saltas.
Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος, δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.	Quinquaginta pedes saltu olim et quinque Phäyllus, Centum quinque minùs disco transmittere visus.
Ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀναῤῥίπτεις κύβους.	Super summâ rerum aleas jacis.
Ὑπέρου περιστροφή.	Pistilli conversio.
Ὑπέρου γυμνότερος.	Pistillo nudior.
Ὑπέρου πολλῷ φαλακρότερος.	Pistillo multo calvior.
Ὑπ' αἰδοῦς δ' οὐ λίαν ἀσπάζομαι.	Ob pudorem servitutem amplector.
Ὑπονέμια ὀνείρατα καὶ ἐπαίνων σκιαί.	Ventosa somnia et laudum umbræ.
Ὑπὲρ κάρα πτύει.	Supra caput spuit.

ἙΚΑΤΟΝΤΑΣ κ'. — CENTURIA XX.

ὙΠΟΧΑΛΚΟΝ τὸ χρυσίον.	AURUM subæratum.
Ὑπηνέμια τίκτει.	Subjectanea parit.
Ὑπὲρ τὸν Ὑπέρβολον.	Supra Hyperbolum.
Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς.	Super asini umbrâ.
Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον.	Sus sub fustem.
Ὗς διὰ ῥόδων.	Sus per rosas.
Ὗς ἐκώμασεν.	Sus lascivit.
Ὗς πότ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤρισεν.	Sus cum Minervâ certamen suscepit.
Ὗς ὀρίνει.	Sus turbat.
Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.	Sus in cœni volutabro lota.
Ὑφάντου πταίσαντος ὑπήτης ἐτύφθη.	Textore errante Hypetes vapulavit.

Φ.	Φ.
ΦΑΛΑΙΚÒΝ ποίημα.	Phallicum poëma.
Φαλάριδος ἀρχὴ κ᾽ Ἐχέτε.	Phalaridis imperium et Echeti.
Φασηλιωτῶν θῦμα.	Phaseliotarum sacrificium.
Φάων ὑπάρχεις τῷ κάλλει κ᾽ τὸν τρόπον.	Phaon es et formâ et moribus.
Φέρει κ᾽ ὄρνις γάλα.	Gerit et gallina lac.
Φέρει παραμυθίαν ὀδυνωμένῳ κοινωνία τῶν στεναγμῶν.	Solatium adfert dolore affecto, eodem dolore laborantium participatio.
Φεραύλας βληθεὶς, ἐδαμὴ μετεστράφη.	Tactus Pheraulus neutiquam cessit retro.
Φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν.	Amare ineptè, nil ab odio discrepat.
Φιλοτιμεῦνται ὡς Μεμφῖται τοῖς τῆς Ἴσιδος πλοκάμοις, κ᾽ Θηβαῖοι τοῖς τε Γηρυόνε ὀστοῖς, κ᾽ Τεγεᾶται τῇ τε Καλυδωνίε δέρματι.	Gloriantur tanquam Memphitæ Isidis cincinnis, Thebani Geryonis ossibus, Tegeatæ apri Calydonii corio.
Φιλία παρδαλέως.	Pardalis amicitia.
Φιλῶν ἃ μὴ δεῖ, ἐ φιλήσεις ἃ δεῖ.	Amans quæ non oportet, non amabis quæ oportet.
Φιλίππε ἀλεκτρυών.	Philippi gallus gallinaceus.
Φιλέψιος ὅδε τὸν τρόπον.	Philepsius hic moribus est.
Φιλέει γὰρ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κωλύειν.	Amat enim Deus omnia eminentia deprimere.
Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν Θεός.	Deus laborantes ope adjuvat suâ.
Φοινίκων συνθῆκαι.	Phœnicum pacta.
Φόνε πτερὸν ἢ θανάτε πτερόν.	Cædis penna aut mortis penna sagitta dicitur.
Φοινικήια γράμματα.	Phœnices litteræ.
Φορμίωνος στιβάς.	Phormionis torus.
Φοινίκων αὖθις ἐπιθυμεῖ.	Palmulas iterum cupit.
Φοίβω πότ᾽ ἐκ ἑῶντος, ἔσπειρεν τέκνα.	Phœbo haud volente, liberos sevit sibi.
Φρερᾶς ἄδων.	Excubiarum causâ cantans.
Φράσω σοῦ τοῖς σοροπηγοῖς τὴν μανίαν.	Narrabo vespertilionibus vesaniam tuam.
Φρερήσεις ἐν Ναυπάκτῳ.	In Naupacto præsidiarius eris.
Φρὺξ μηδὲν ἧττων Σπινθάρε.	Phryx non minùs quàm Spintharus.
Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς, ἀμείνων κ᾽ διακονέστερος.	Cæsus est Phryx melior, atque ad serviendum promptior.
Φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ᾽ ἐ χρὴ μέγα.	Mortalem existentem non oportet altùm sapere.
Φρυνώνδας ἄλλος.	Alter Phrynondas.

Φρυνίχου πάλαισμα.	Phrynici astutia.
Φυλακὸν γυμνῷ ἐπιτάττεις.	Nudo custodiam injungis.
Φύσει γὰρ ἐχθρὸν τὸ δοῦλον τοῖς δεσπόταις.	Natura inest servo in suos mala mens heros.
Φύσει γυνὴ δυσήνιον τὶ καὶ πικρόν.	Effræne quid naturâ et acre est fœmina.
Φύσις πονηρὰ χρηστὸν ἦθος οὐ τρέφει.	Prava indoles mores parit nunquam probos.
Φώκου ἔρανος.	Phoci convivium.
Φωνὰ τοί τις, καὶ οὐδὲν ἄλλο.	Vox nempe es, et nihil aliud.

X. | X.

ΧΑΛΕΠΑ' τὰ καλά.	DIFFICILIA quæ pulchra.
Χαλεπὸν τὸ εὖ γνῶναι.	Difficile est sapere.
Χαλεπὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χείρονος.	Difficile est deterioris subesse imperio.
Χαλεπὸν τὸ ἑαυτὸν γνῶναι, ἀλλὰ μακάριον.	Difficile est seipsum nôsse, at verò beatum.
Χαίροις Ὑψιπύλη φίλη· τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω· οὐ σοὶ λέγω περὶ τούτω· ἐμός ἥκοι τὶς ἐνταῦθα.	Salve, Hypsipyle chara: meos corymbos plecto: non de eo tibi loquor: meorum aliquis huc veniat.
Ἐγὼ σκόροδα σοὶ λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνῃ.	Ego de alliis tibi loquor, tu autem de cepibus respondes.
Χαμαιλέοντος εὐμεταβολώτερος.	Chamælonte mutabilior.
Χάραξ τὴν ἱερὰν ἀγκύραν.	Vallus vitem.
Χαλάσω τὴν ἱερὰν ἀγκύραν.	Solvam sacram anchoram.
Χαλεπὸν χορίου κύνα γεύειν.	Periculosum est canem fœtus involucrum gustare.
Χαίρει ταῖς κατάραις τὸ κύμινον.	Cuminon execrationibus gaudet.
Χαραδριὸς ἕτερος.	Charadrius alter.
Χάρητος ὑπόσχεσις.	Charetis promissio.
Χαῖρ', ὦ φίλον φῶς.	Vale, charum lumen.
Χαιρεφῶν αὐτόχρημα.	Reipsa Chærephon.
Χάρωνος θύρα.	Charontis janua.
Χάρης ᾄδων ὄρθιον.	Chares carmen orthium canens.
Ἔνθα στᾶσ' ἤϋσε θεὰ μέγα τε δεινόν τε Ὄρθι' Ἀχαιοῖσιν.	Constitit et magnâ dea voce affatur Achæos.
Χαρὰν πυραύστου χαίρεις.	Gaudes pyraustæ gaudium.
Χελώνη μυιῶν.	Testudo muscas.
Χειμὼν Ὀρνιθίας.	Hyems Ornithias.
Χειρώνειον ἕλκος.	Chironium ulcus.
Χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερώην δ' οὐκ ἐδίηνε.	Labra modò adspersit, non integra proluit ora.

Χειμάσει ποτὲ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ ἀπὸ τῶν ὀρῶν νεφέλη.	In nos etiam aliquando nubes illa a montibus hyemabit.
Χεῖρας ἔχει Φιλοποίμην καὶ σκέλη· γαστέρα δὲ οὐκ ἔχει.	Philopœmen manus quidem habet et tibias, ventrem autem non habet.
Χελώνην Πεγάσῳ συγκρίνεις.	Testudinem Pegaso comparas.
Χθόνια λουτρά.	Inferorum lavacra.
Χίλων δ' ἐν κοινῇ Λακεδαίμονι, Γνῶθι σεαυτόν.	Chilon ait magnâ ex Lacedæmone, Nosce teipsum.
Χλαμὺς Συλώσοντος.	Chlamys Sylosontis.
Χοὰς ἓξ χωρήσει.	Choas sex capiet.
Χορὸς ἀργούντων.	Chorus otiosorum.
Χοῖνιξ κνωδάλου.	Χοῖνιξ κνωδάλου.
Χορὸν δίδωμι.	Chorum do.
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.	Terrigenis anima est congesta pecunia cunctis.
Χρῶ τῇ σεαυτοῦ λύρᾳ, μὴ τῇ τοῦ πέλας.	Tuâmet lyrâ utitor, non proximi.
Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.	Non res rapta bona est, sed Divûm munere parta.
Χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδέποτ' ἐσθλός.	Pecuniæ sunt vir: malus autem nunquam bonus.
Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι.	Magistratus virum demonstrat.
Χρὴ μὴ τὸ κακὸν διὰ κακὸν ἀμύνασθαι.	Non convenit malum malo ulcisci.
Χρὴ σιγᾶν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν.	Tacere oportet, aut silentio potiora loqui.
Χροῒ δεῖλα.	Ex cute manifestum.
Χρόνου γὰρ ἂν σοὶ καιρὸν ἐξείργοι λόγος.	Momenta temporis tibi sermo auferat.
Χρυσὸς Κολοφώνιος.	Aurum Colophonium.
Χρυσοῦ λαλοῦντος, πᾶς ἀπρακτείτω λόγος.	Auro loquente, sermo inanis omnis est.
Πείθειν γὰρ οἶδε καὶ πέφυκε μὴ λέγειν.	Persuadet aurum quidlibet, silens tamen.
Χρυσοχοήσειν ᾤου σύ.	Aurum te fusurum putabas.
Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις, ἢ σοφός.	Quis tardus aut cordatus, usus edocet.
Χρυσῷ καταπάττων ἡμᾶς οὐ γινώσκεις.	Inaurare te nos non animadvertis.
Χύτραις λημᾶν καὶ κολοκύνταις.	Ollis lippire et cucurbitis.
Χύτραν ποικίλλειν· καὶ, Χύτραν κοσμεῖν.	Ollam variegare. *Sive:* Ollam ornare.
Χυτρεοῦς θεός· καὶ Χυτρεοῦς ἄνθρωπος.	Ollaris deus. *Seu:* Ollaris vir.
Χωρὶς τὰ Μουσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.	Phrygum procul sunt et Mysorum termini.

Χώρα καὶ νόμος.	Regio et lex.
Χωρὶς τὸ, τ᾽ εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὸ καίρια.	Pugnat, simul multa et probanda dicere.

Ψ. — Ψ.

ΨΑΦΩΝΟΣ ὄρνιθες.	Psaphonis avis.

ἙΚΑΤΟΝΤΑΣ κά. — CENTURIA XXI.

ΨΟΓΟΣ ἀνιάτρων, ἔπαινος ἄντικρυς ἰατρῶν.	Probrum artis medicæ imperitorum, manifesta laus est medicorum.
Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι.	Guttæ imbrem generantes aquæ stagnare faciunt.
Ψευδῶν πλέ᾽ Ἀτράφαξις.	Referta mendaciis Atraphaxis.
Ψεκὰς ἢ δρόσος.	Aut gutta, aut ros.
Ψύχος φυγὼν, εἰς βόρβορον ἔπεσον.	Frigus fugiens, in cœnum incidi.
Ψευδόπυρα, οἷον τὰ σά.	Mendaces ignes, ut tua sunt.
Ψύρα τὸν Διόνυσον.	Psyra Bacchum.
Ψωριῶσα κάμηλος, πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία.	Scabiosa camelus, multorum asinorum onera in se recipit.

Ω. — Ω.

Ὦ ΓΑΜΟΙ, γάμοι.	O Nuptiæ, nuptiæ.
Ὦ Ἡράκλεις, ἀπόλωλε ἀνδρὸς ἀρετά.	O Hercules, periit viri virtus.
Ὦ Λακιάδαι.	O Laciadæ.
Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν.	Mons parturivit, deinde murem enixus est.
Ὠμηστὰς Διόνυσος.	Crudivorus Bacchus.
Ὦ οἵα κεφαλὴ, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει.	O quale caput, et cerebrum non habet.
Ὧ ἱκανὸν οὐδὲν, τούτῳ γε αἰσχρὸν οὐδέν.	Cui nihil satis, huic etiam nihil turpe.
Ὦ παῖ, σιώπα, πόλλ᾽ ἔχει σιωπὴ καλά.	Tace, puer, multum boni in silentio.
Ὦ οὗτος, κἂν θύλαξ γένῃ, οὐ προσκελεύσομαί σου.	Heus tu, vel si saccus fias, non te accedam.
Ὠοῦ ἐξῆλθεν.	Ex ovo prodiit.
Ὡραιότερος Ὑακίνθου.	Hyacintho formosior.

Ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι βούλομαι.	Tanquam heros, in scuto hospitio excipere volo.
Ὠσὶν ἑςῶσιν.	Arrectis auribus.
Ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐραςαί.	Ut puerum amatores amant.
Ὡραιότερος Πορφυρίωνος.	Porphyrione formosior.
Ὥσπερ παλαιὰν εἰρησιώνην καίεται.	Tanquam veterem oleæ ramum comburit.
Ὡς τοῦ Φινέως τὸν βίον.	Tanquam Phinei vitam.
Ὥσπερ ἑωλοκρασίαν μοῦ καταχέεις.	Tanquam hesternâ potione me perfundis.
Ὠτίων πιςότεροι ὀφθαλμοί.	Auribus oculi fideliores sunt.

INDEX VOCABULORUM

QUÆ IN HAC CLAVI EXPLICANTUR.

Z.

H.

Θ.

Λ.

Ξ.

O.

Π.

P.

ELOGIA SEU TESTIMONIA

DE

HOMERO

EX VARIIS AUCTORIBUS,

TAM ANTIQUIS QUAM NEOTERICIS

COLLECTA.

Achilles Tat. *Ad Arati Phænom.*

῞ΗΡΜΟΤΤΕ δὲ μεγάλῳ ποιητῇ περὶ μεγάλων εἰπεῖν ῾Ομήρῳ—περιέσπειρε δέ τι καὶ περὶ τῶν ὅλων, καὶ περὶ τῶν ἄστρων τινὰ λέγων Πληϊάδης τ' ἐσορῶντι, &c. ῎Αρκτον θ', ἣν καὶ, &c. ᾿Ηέλιον τ' ἀκάμαντα, &c. ἐκ γὰρ τούτων τὰς προφάσεις ἔλαβον οἱ ὕστερον περὶ τούτων πραγματευσάμενοι, &c.

Ælianus *Var. Hist. l.* xiii. *c.* 22.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ κατασκευάσας ῾Ομήρῳ νεὼν, &c.

Æschines *Orat. in Timarch.*

Λέξω δὲ πρῶτον μὲν περὶ ῾Ομήρου, ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν εἶναι τάττομεν.

Æschylus *Athen. Plutarch. alii,*

Dicere solebat suas Tragœdias esse μικρά τινά τε μάχεια τῶν μεγάλων ῾Ομήρου δείπνων.

A. Gellius *Noct. Attic. l.* vi. *c.* 2.

Homerus *sapientissimus, et antiquissimus poëtarum.*

Alciatus A. *Prætermiss. l.* ii.

Admonet et nos summus apud eos poëtarum Homerus.

Idem *Dispunct. l.* i.

Ut apud præcipuum poëtam scriptum est, Ἔνθ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα, &c.

Alcidamas *apud Aristot. Rhet. l.* iii. *c.* 3. *appellavit*

Τὴν Ὀδύσσειαν καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον.

Alexandr. ab Al. *Gen. Dier. l.* iv. *c.* 15.

Apud Chios *ænea moneta fuit, cui nomen* Homerus.

Ambrosius *de Pœnitentiâ, l.* ii.

Aiunt dixisse primum suorum poëtam; Ἦ τάχα χήρα ἔσσομαι.

Ammianus Marc. *Hist. l.* xxi.

Itidem ex sempiternis Homeri *Carminibus intelligi datur, non deos cœlestes cum viris fortibus collocutos,* &c.

Anaxagoras *apud Diog. Laërt. l.* i.

Δοκεῖ δὲ πρῶτος τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης.

Antigonus Car. *Hist. Mirab. c.* 28.

Ἱκανῶς δὲ καὶ ὁ ποιητὴς λέγεται παρὰ πάντων ἐπιμελὴς καὶ πολυπράγμων. Ὁ γὰρ Ὀδυσσεὺς, &c.

Antipater *Anthol. Epigr. l.* iv.

Εἰ Θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανάτοισι σεβέσθω,
Εἰ δ' αὖ μὴ Θεός ἐστι, νομιζέσθω Θεὸς εἶναι.

Idem *Ibid. l.* i.

Εὗρε Φύσις, μόλις εὗρε, τεκοῦσα δ' ἐπαύσατο μόχθων,
Εἰς ἕνα μοῦνον Ὅμηρον ὅλην τρέψασα μενοινήν.

Apuleius *Miles, l.* ix.

Priscæ poëticæ divinus auctor apud Graios. Et alibi, *Multiscius, et omnium peritus.*

Arcesilaus *apud Diog. Laërt. l.* iv.

Ἀπεδέχετο, πάντων μᾶλλον Ὅμηρον, οὗ καὶ εἰς ὕπνον ἰὼν πάντως τι ἀνεγίνωσκεν, ἀλλὰ καὶ ὄρθρου, λέγων ἐπὶ τὸν ἐρώμενον ἐπίεναι, ὁπότ' ἂν βούλοιτο ἀναγνῶναι.

Aretinus L. *De Studiis et Literis.*

Quid Homero *deest, quò minùs in omni sapientiâ versatissimus existimari possit? ejus poësin quis neget totam complecti doctrinam viventium, quam contendunt in belli tempora, pacisque divisam,* &c.

Aristides *Orat. Tom.* iii.

Ἄριστος ἐπῶν ποιητὴς Ὅμηρος.

Aristophanes *Ranis.*

Ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος ἀπὸ τῦ τιμὴν καὶ κλέος ἔσχε, πλὴν τοῦθ' ὅτι χρήστ' ἐδίδαξε;

Aristoteles *de Arte Poët.*

Θεσπέσιος Ὅμηρος παρὰ τὺς ἄλλυς. Iterum, Μόνος τῶν ποιητῶν ὐκ ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτὸν. Iterum, Λέξει καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβληκε.

Artemidorus *Onirocritic. l.* i. *c.* 28.

Τὸ δὲ δοκεῖν τετυφλῶσθαι ἀμφοτέρως τοὺς ὀφθαλμοὺς — ποιηταῖς ἄριστον· δεῖ μὲν γὰρ αὐτοῖς πολλῆς ἡσυχίας μέλλυσι ποιεῖν τὰ ἔπη μάλιστα δ' ἂν ὕτως ἐν ἡσυχίας γένοιτο, εἰ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄμματα, ἄητε περιέλκοιντο μήτε ὑπὸ σχημάτων, μήτε ὑπὸ χρωμάτων — λόγος δέ τις ἔχει, ὡς καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος τυφλὸς ἦν.

Aschamus *Epist. l.* i. *Ep. ad Thom. Cantuar. Archiep.*

Homerus, Pythagoras, *et* Plato, *tres viri omnis doctrinæ, et ingenii principes.* Et aliquantò pòst. Homerus, Sophocles, *et* Euripides, *elegantis omnis doctæque poëseos, hic fons, illi duo flumina.*

Id. *Pædagog. l.* i.

Perpendat vitam prudentissimi peregrinatoris apud prudentissimum omnium, qui unquam linguâ locuti sunt, auctorum, excepto duntaxat verbo dei, hoc est, Ulyssis *apud* Homerum.

Athanasius *Orat. c. Gentes.*

Γράμματα μετὰ γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες, ποίησιν δὲ ἡρωϊκὴν Ὅμηρος.

Athenæus *Dipnos. l.* i.

Ὅμηρος ὁρῶν τὴν σωφροσύνην οἰκειοτάτην ἀρετὴν ὖσαν τοῖς νέοις, καὶ πρώτην, ἔτι δὲ ἁρμόζυσαν, καὶ πάντων τῶν καλῶν χορηγὸν ὖσαν, βυλόμενος ἐμφῦσαν πᾶσιν αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς — εὐτελῆ κατεσκεύασε πᾶσι τὸν βίον καὶ αὐτάρχη, &c. *Eadem extant apud* Suidam *ex* Dioscoride — Id. l. ii. Ὁ τῶν ποιητῶν βασιλεὺς Ὀδυσσέα, &c. *Et l.* vi. Ὁ σοφώτατος τῶν ποιητῶν.

Augustinus *De Civit. Dei. l.* iii. *c.* 2.

Hoc enim nec ipse Homerus *facilè credidit, qui Neptunum quidem contra Trojanos, Appollinem autem pro Trojanis pugnantem facit, cùm illo perjurio ambos fabula narret offensos.*

Id. *Confess. l.* i. *c.* 14.

Nam et Homerus *peritus texere tales fabellas, et dulcissimè vanus est.* Et quidem *dulcedine* carminis, et mellifluâ sermonis suavitate, et jucundissimâ denique rerum et verborum copiâ ac veritate *Homerus* cæteros

omnes antecellit: *Vanitas* autem (siquidem id omne vanum dicendum sit, quod non directè ad *Christum* et pietatem tendit) ei cum reliquis gentium scriptoribus communis est.

Ausonius *Periochis in Hom. Il. et Od.*

Vi divinum poëtam nihil, quod illustre fuerit, omisisse appareat, belli Troïci causam, &c.

Barthius *Adversar. l.* xlvii. (*ubi Jul. Scaligeri, Musæum et Virgilium Homero præferentis, sententiam refutat.*)

De Homero *illud dubitabile non est, universam poësin nihil unquam illi comparabile habuisse.* Et post pauca; (Homerus) *fons, doctor, magister, modimperator, unicusque omnis poëseos Apollo.*

Basilius M. Πρὸς τοὺς νέους, &c.

Πᾶσα ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει, ὅ,τι μὴ πάρεργον. Quod et Anaxagoras, Metrodorum *ad* Homeri *lectionem adhortans, antea dixerat, inquit* Majorag. *Præfat. in* Hom. *Iliad.*

Baudius *Epist. Cent.* 1.

Assentior enim et ausculto mirum in modum Phœbo vatum, canenti ex tripode, Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, nôsti reliqua.

Beverovicius *Medicinæ Encom.*

Homerum *quoque, quem omnis sapientiæ fontem prædicant, medicinæ studiosum fuisse, auctor est* Plutarchus.

Beza *Annotat. in Ep. ad Rom. c.* i. *ver.* 5.

Quid prohibet, quin loquentem illum ipsum Homericum Agamemnonem *audiamus, et elegantissimis versiculis istis de* Trojanorum *perjurio conquerentem:* Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ', &c.

Bodinus *Proœm. Method. Histor.*

Cùm ex ipsis Homeri *fabulis, quæ historiæ ac veritatis imaginem præ se ferunt, tanta utilitas eruatur, quales ab historiâ fructus sperare oportet?*

Boganus *Epist. ad Lect. præfixa Homero* Ἑβραΐζοντι.

Homerum *me nunquam pœnitebit legisse iterum atque iterum, quique (ut puto) nullum habet inimicum præter ignorantem.* Et aliquantò pòst: *Ut dicam quod sentiò, mihi videtur* Homerus *fuisse nihil aliud quàm* Sidus et occulti miranda potentia fati, &c.

Brodeus *Miscel.* vi. *c.* 10.

Sunt qui Homericis *carminibus vim quandam inesse garriunt, librum verò Iliados quartum capiti suppositum, quartanam febrem avertere; quibus ego bonam mentem opto.*

Budæus *Annotat. in Pandectas.*

Itaque fremant isti licet—nunquam tamen efficient, ut non hunc (Homerum *sc.*) Plinius *l.* i. *literarum principem appellaverit. Et l.* vii. *ingeniorum fontem—Idem in Epistolâ quâdam ad* Erasmum, Homerus, *ingeniorum decus, &c.*

Id. *Præfat. ad Lib. de Asse.*

Homerus, *ingeniorum vertex, homines alphestas interdum appellavit, &c.*

Id. *Ejusdem Operis lib.* i. (*itidem de Homero loquens.*)

Rerum humanarum perspicacissimus æstimator, fons ingeniorum, poëtarum vertex.

Burtonus G. *Græc. Linguæ Hist.*

Atque hic est tandem πολυθρύλλητος *ille,* καὶ πολυΰμνητος Homerus, *quem admirata sunt omnia secula, &c.*

Calcagninus *Epist. Quæst. l.* ii.

An ego me putem magnum poëtam fore sine hoc scientiarum cinno? cùm videam apud Homerum *omnium disciplinarùm seminaria, quæ philosophi et jurisconsulti quasi oracula admirantur.*

Callimachus *Epigram.* viii.

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον,
Δεξαμένου———

Camerarius J. *Præfatione in Homerum.*

Homerus *omnium seculorum atque gentium consensu vel unus propriam, vel præcipuam hanc famam meritus consecutusque est: cujus quidem versibus, nemo inter doctos reperitur, qui dubitet quin omnia ea de quibus præcepta artium tradi possint, vel designata, vel expressa sint, &c.* Sed vide totam illam Præfationem, quæ sanè legi dignissima.

Canterus G. *Nov. Lect. l.* v. *c.* 14.

Quamvis permulta sint in Homericâ *poësi insignia et admiranda, propter quæ meritò et divinus à* Democrito *vocari poëta, et ingeniorum palmam à Plutarcho accipere potuerit, unum tamen est quiddam, quod eum reliquis omnibus, quotquot unquam fuerunt, poëtis excellentiorem facit, &c.*

Capellus J. *Vindic. pro Is. Casaub. l.* iv. *c.* 12.

Homerum *exoticorum scriptorum antiquissimum, et omnium elegantiarum, quibus veluti corollis exornant sua scripta recentiores poëtæ, parentem concelebrant antiquitatis admiratores.*

Casaubonus Is. *Comment. in Pers.*

Duo illi omnis doctrinæ apices, Homerus *et* Virgilius.

Id. *Not. in Plin. Epist.*

Notum illud de summo vate, ingeniorum principe, Ἔγραψεν μὲν Ὅμηρος, ἀεῖσε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Id. *Animadv. in Athen. l.* ix. *c.* 8.

Primus omnium pater elegantiarum Homerus.

Id. *De Rom. Satyrâ, l.* ii.

Qui omnis eruditionis fons, et norma semper est habitus (itidem de Homero loquens.)

Casaubonus M. *Notis in M. Antonin. l.* viii.

Alludit Antoninus *ad fatalia illa dolia, quæ poëtarum ingeniosissimus et sapientissimus alicubi describit.*

Id. *De nuperâ Homeri Edit. Dissertat.*

Is ego sum, qui Homero *tantùm tribuo, quantùm hominem verecundum, et literarum amantem, ei, qui tot ætatem præscriptione princeps ingeniorum, bonarum omnium artium et doctrinarum seminarium, humanæ denique sapientiæ apex audiat, tribuere fas est.*

Id. *Super Loco quodam Hom. Odyss. σ. Dissert. quæ sic incipit.*

Homeri *laudes non hîc instituimus; quem quidem qui, non ut poëtarum tantùm, sed ingeniorum ab omni memoriâ principem, non suspiciunt, et admirantur, illi pudori suo quàm bene consulant, qui suum judicium (si tamen judicium dicendum est) tot ætatum consensui opponant, ipsi viderint. Cùm tot ætatum consensum dicimus, præstantissima—ætatis cujusque ingenia; philosophos, historicos, poëtas intelligimus; qui* Homerum *ut hominem supra quicquid à quoquam de homine dici possit, admirandum; et in quo vires suas natura summas semel experta sit, exquisitissimis verbis, et elogiis, uno ore prædicant. Ac ego quidem ita judico; qui* Homerum *contemnunt, vix illis pejus optari posse, quàm ut fatuitate suâ fruantur, ac constanter eum contemnant, ex cujus lectione tantos alii tum solidæ eruditionis, tum voluptatis honestissimæ fructus percipiunt.* Hoc viri clarissimi, nec minùs ob ἀνδραγαθίαν quàm πατραγαθίαν suscipiendi, testimonium tam prægnans, tam luculentum, tam illustre, licet aliquantò prolixius, omittere nullo modo potui, nec debui.

Caselius *Rhetore, sive de Magistro dicendi, c.* 4.

Nemo secus sentit, quàm absque Homero *nec esse magistrum poëtices, nec poëtam fieri—Sed hoc minimum ex eo boni; est enim vitæ hominum informator, tuba virtutis, imò virtutis et præco divinus, et bonæ fidei magister.*

Castilio *l.* i. *de Curiali.*

Homerum *animadvertite, qui heroicorum poëtarum et tempore et excellentiâ primus putatur.*

Causinus *Eloqu. Sac. et Hum. Parallel. l.* i. *c.* 10.

Ortus plenioris eloquentiæ, siquis ritè repetat, est ab Homero; *nempe hic orator, et planè orator à* M. Tullio, *ab* Hermogene *Rhetorum præstantissimus, à cæteris uno omnium consensu magister eloquentiæ agnoscitur.*

Chassanæus *Catal. Gloriæ mundi parte* x. *consid.* 45.

(Ubi de poëtis) Inter Græcos excellentior est Homerus, *et inter Latinos est* Virgilius.

Cicero *l.* ii. *Divin.*

Certè nemo similis Homeri.

Id. *in Top.*

Homerus *propter excellentiam, commune poëtarum nomen, apud Græcos efficit suum.*

Id. 5 *Tusculan.*

Traditum est Homerum *cæcum fuisse; at ejus picturam, non poësin videmus. Quæ regio? quæ ora? qui locus Græciæ? quæ species formæ? quæ pugna? quæ acies? quod remigium? qui motus animorum? qui ferarum non ita expictus est, ut quæ ipse non viderit, nos ut videremus effecerit?*

Claudianus *in Epigram.*

Ipse parens vatum, princeps Heliconis Homerus.

Clement. Alexandr. *Stromat. l.* v.

Ὅμηρος γιγνώσκειν φαίνεται τὸ θεῖον, ὁ ἀνθρωποπαθεῖς εἰσάγων τοὺς Θεούς.

Id. *l.* vi.

Εὕροις δ' ἂν καὶ Ὅμηρον τὸν μέγαν ποιητὴν ἐκεῖνα τὰ ἔπη, Οἷον δὴ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίτης, &c.

Colerus *de Studio Polit.*

Crediderim non minùs turpe fore homini politico Homerum *non legisse, quàm fuit illi pædagogo, non habuisse, cui propterea colaphum impegit* Alcibiades.

Columella *Præfat. ad Lib. de Re Rust.*

Nec parens eloquentiæ deus ille Mæonius *vastissimis fluminibus facundiæ suæ posteritatis studia restinxerat.*

Cresollius *Mystagog. l.* iv. *c.* 26.

Homerus, *qui omnigenæ eruditionis penu exposuit, ait faucibus inferorum odiosiorum esse, qui aliud sentit, aliud eloquitur.*

Id. *Theatr. Rhetor. l.* iii. *c.* 23.

Sophistæ gloriabantur sibi esse patrem Homerum.—*Itaque* Hippodromus *sophista* Homerum *quidem aiebat* σοφιστῶν φωνὴν, Archilochum *autem esse* πνεῦμα, *ut ab illo suavitatem, et inexplicabilem quondam varietatem, &c.* Et interjectis nonnullis: *Ab hoc igitur capiebant sophistæ et* νοήσεις *miserabiles, et dictionum venustatem.*

Crucius Jac. *Epist. l.* i.

Ut Homerus *omnis eruditionis parens, de Oceano canit,* ἐξ ἧ, *inquit,* ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, &c.

Cunæus *Animadv. in Nonni Dionys.*

Homerus, *etsi in sublimi versetur genere, in quo perpetuus splendor et* δεινότης *est, tamen sæpè* τὸ χαρίεν *amat et* τὸ γλαφυρόν· *modò enim venustatem capiat ex ipsis rebus, aliquando* ἐκ τῶν σχημάτων, καὶ ἐκ συνθέσεως, *sæpissimè* ἀπὸ τῆς λέξεως. *Nemo hoc ante illum tentaverat, nemo feliciùs illo: quare in hoc quoque, sicut in cæteris, imitati illum sunt quotquot postea extitere optimi et summi scriptores.*

Cyrill. Alex. *Contra Julian. l.* i.

Ὅμηρον τὸν ποιητῶν ἄριστον. Et paulò post: Εἰ καὶ πολὺ λίαν παρ' αὐτῷ τὸ φιλόμυθον, ἀλλ' ἦν ἐκ ἀγνοηκότα παντελῶς εὑρήσομεν τὴν ἀλήθειαν· ἔφη γάρ πυ——Οὐδ' εἴ μοι ὑποσταίη Θεὸς αὐτὸς Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα. Τὸ γάρ τοι [Θεὸς αὐτὸς] ἐκ ἐφ' ἕνα θεῶν ἐν μύθοις πεπλασμένων τινά· αὐτὸν δὲ δὴ μονονὶ καταστημήνειεν ἂν τὸν ἀληθῶς ὄντα θεόν. [Eadem ferè legas apud *Justinum Mart.* Parænet. ad Græcos.]

Dausqueius *In Sil. Ital. l.* xiv.

Si solem Eridano *nimis improba fata dedissent,*
Mæonidem *solem vellet uterque polus.*
Sol animus, soles oculi, sol totus Homerus,
Qui radiis hebetat signa minora suis.

Id. *Notis in Basil. Seleuc.*

Haustum è vatis ter maximi fontibus, Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος, &c.

Democritus *Apud Dionem Chrysost. Orat. de Homero.*

Ὁ μὲν Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν ὅτως. Ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζέσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων· ὡς ἐκ ἐὸν ἄνευ θείας καὶ δαιμονίας φύσεως, ὅτως καλὰ καὶ σοφὰ ἔπη ἐργάσασθαι.

Dempsterus *Indice scriptorum, quem Rosino suo præfixit.*

Homerus *primus sine exemplo, et supra fidem admirandus.*

Dilherus *Disputat. Philolog. l.* i. *Disp.* 5.

Homerus *fons sapientiæ* Hectora *appellat* ἐπίσκοπον.

Id. *ibid. Disp.* 8.

Homerus *elegantiarum omnium pater.* Et rursus, *Locus huic parallelus est in* Homero, *omnis paganæ sapientiæ fonte, apud quem multa mentio fit hospitalitatis.*

Id. *ibid. Disp.* 22. *(ex Vernuleio.)*

Ingeniorum ille, scientiarumque fons Homerus, *et humanæ terminus admirationis, quem antiquitas veneranda ore patulo vomentem ita repræsentavit, ut defluentes ab ejus ore liquores ac flores in amphoris et canistris colligerent philosophi, jurisconsulti, oratores, astrologi, poëtæ, medici, pictores.*

Dinnerus *Epith. Græc. Ep. Dedic.*

Homerum *seu principem, imò deum et regem poëtarum, in primâ classe et quasi acie collocari,* Homerum, *inquam,* ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, *&c. et vel* Justiniani *nostri testimonio* patrem virtutis.

Dio Chrysost. *Orat de Homero.*

Ἀτεχνῶς γὰρ οὐκ ἄνευ θείας τύχης, οὐδ᾽ ἄνευ Μουσῶν τε ϗ Ἀπόλλωνος ἐπιπνοίας δυνατὸν οὕτως ὑψηλὴν, ϗ μεγαλοπρεπῆ, ϗ προσέτι ἡδεῖαν γενέσθαι ποίησιν, ὥςε μὴ μόνον τοὺς ὁμογλώττους, &c. ὁπότε ϗ παρ᾽ Ἰνδοῖς ᾄδεσθαί φασιν τὴν Ὁμήρου ποίησιν, μεταβαλόντων αὐτὴν εἰς τὴν σφετέραν διάλεκτόν τι ϗ φωνήν.

Id. *Orat.* 2. *de Regno.*

Τὴν δέ γε Ὁμήρου ποίησιν μόνην ὁρῶ τῷ ὄντι γενναίαν, ϗ μεγαλοπρεπῆ καὶ βασιλικήν.

Id. *Orat. de Dei cognitione.*

Ὦ σοφώτατε τῶν ποιητῶν Ὅμηρε, πολὺ τῇ δυνάμει τῆς ποιήσεως, ϗ τῷ χρόνῳ προέχων. [Vid. et integram ejus Orat. de *Homero* et *Socrate.*]

Didorus Sic. *Biblioth. l.* iii.

Μάρτυρα δὲ τούτων παρέχονται τὸν πρεσβύτατον σχεδὸν ϗ μάλιςα τῶν ποιητῶν θαυμαζόμενον παρ᾽ Ἕλλησιν (Homerum *sc.*)

Id. *lib.* xvi.

Μάρτυρα παρέσχετο τὸν ἐπιφανέςατον, ϗ ἀρχαιότατον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον. Et rursus, Ἀρχαιότατον ϗ μέγιςον τῶν ποιητῶν Ὅμηρον.

Diogenes Laërt. *Procem. ad Vitas Philosoph.*

Οἱ δὲ σοφοὶ ϗ σοφιςαὶ ἐκαλοῦντο· ϗ οὐ μόνον, ἀλλὰ ϗ οἱ ποιηταὶ σοφιςαί. καθὰ ϗ Κρατῖνος, ἐν Ἀρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὅμηρον ϗ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.

Dionysius Halic. Περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων.

Ὁ ποιεῖν εἰωθὼς ὁ δαιμονιώτατος Ὅμηρος, καίτοι μέτρον ἔχων ἓν, κ̀ ῥυθμοὺς ὀλίγους, ἀλλ' ὅμως ἀεί τι καινουργῶν ἐν τούτοις κ̀ φιλοτεχνῶν· ὥς τε μηδὲν ὑμῖν διαφέρειν γινόμενα τὰ πράγματα ἢ λεγόμενα ὁρᾷν. Id. alibi: Ὅμηρος κορυφὴ ἁπάντων, κ̀ σκοπός. Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοί, κ̀ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι — Et alibi: Τῆς μὲν Ὁμηρικῆς ποιήσεως οὐ μίαν τινὰ τοῦ σώματος μοῖραν, ἀλλ' ἐκτύπωσαι τὸ σύμπαν, &c.

Dousa *Declam. in Umbram.*

Umbram rebus omnibus antiquiorem esse necessum est, id quod Achillis *scutum depingentem principem poëtarum* Homerum *non latuit.*

Durantius Casell. *Variarum lib.* ii. *c.* 18.

Solent auctores ejus rei nullum fuisse usum, vel Iliacis, *vel* Homeri *temporibus hoc argumento confirmare, quòd ejus apud* Homerum *nulla mentio, nec vestigium ullum extet; quasi nihil prætermiserit* Homerus, &c.

Ennius *Fragment. Annal. l.* i.

In somneis mihi veisus Homerus *adesse poëta*, [uti non male integrum illum versum legit, et restituit *P. Merula* in Commentar. Cic. Somn. Scipion. Quale de *Homero* scribit *Ennius*, de quo viz. sæpissime vigilans solebat cogitare et loqui. Pers. *Sat.* vi.

Cor jubet hoc Ennî, postquam destertuit esse

(vel ut ex vetustissimo exemplari legit vir doctus modò laudatus, *pavos cùm destitit esse*)

Mæonides, Quintus pavone ex Pythagoreo.

hoc est, cùm jam destiterat *Homerus* esse pavus, *Quintus* verò *Ennius* ex eodem pavo, juxta *Pythagoræ* dogma de transmigratione animarum, factus esset poëta *Homeri* similis; per hanc igitur μετεμψύχωσιν factus est *Ennius* apud Latinos, quod *Homerus* apud Græcos, id est, præstantissimus poëta, scil.

Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus.

Horat. l. ii. Ep. 1.]

Eobanus Hess. *Inscript. Iliad. Hom. Lat. carmine à se redditæ.*

Poëtarum omnium seculorum longè principis Homeri *Ilias.*

Epiphanius *Adversus Hæres. l.* i. *tom.* 3.

Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου; Ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι δὲ Χῖον, &c.

Erasmus *In Adag. Auctor omnium et fons.*

Veluti si quis dicat superbiam omnium malorum parentem, fidem omnium virtutum fontem, Homerum *omnis poëseos patrem.*

Id. *Tractat. de Ratione Studii.*

Certè propter poëtarum enarrationem, quibus mos est ex omni disciplinarum genere sua temperare, tenenda est fabularum vis; quam unde potiùs petas, quàm ab Homero, *fabularum omnium parente?*

Erotianus *Procem. ad vocum Hippocr. Collect.*

Γέγονεν ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, καὶ τὴν ὀνοματοποιΐαν εὐχαρὴς, περιγράψαι καὶ διάνοιαν ἱκανὸς, &c.

Erythræus *Indice in Virgil.*

Vates ingeniorum omnium, atque doctrinarum princeps et auctor Homerus, *&c.*

Eugubinus *de Perenni Philos. l.* iii. *c.* 1.

Homerus *qui pater fabularum est — naturæ tamen instinctu sæpè deum universalem — nominavit.* Et post pauca, *Eundem quoque confessus est omnipotentem, largitoremque bonorum.*

Eunapius *in Ædesio.*

Καὶ ὑπερεπήνει γε τὸν Ὅμηρον κατὰ ψυχὴν, ὡς ὑπερφυές τι χρῆμα καὶ δαιμόνιον.

Euphorion *vetus poëta, citante Eustath. ad Il.* τ.

Μοῦσαι ποιήσαντο, καὶ ἀπροτίμαστος Ὅμηρος. [q. d. ἄψαυστος inimitabilis, quem nemo attingere nec imitari possit, ἤγουν οὗ δυσχερὲς ἐφάψασθαι τῆς δυνάμεως, cujus vim et facultatem assequi arduum est, et difficile. Dicit verò *Agamemnon* eo in loco *Briseida* fuisse ἀπροτίμαστον, hoc est, ἀπρόσψαυστον, intactam à se atque illibatam. *Euphorion* ergo eleganter eodem verbo de *Homero* utitur, quo *Homerus* ipse longè alio in sensu usus fuerat.]

Eustathius *Procem. in* Παρεκβολάς.

Ἔστιν ἀληθῶς βασιλικὸν πρᾶγμα ἡ Ὁμήρου ποίησις, καὶ μάλιστα ἡ Ἰλιάς· καὶ παροιμία μέν τις κακῶν Ἰλιάδα φησίν· αὕτη δὲ καλοῦ παντός ἐστιν Ἰλιὰς — γέμουσα μυρίων ὧν ἄν τις εἴποι καλῶν, φιλοσοφίας, ῥητορείας, στρατηγικῆς, εὐτεχνίας, διδασκαλίας τῆς περὶ ἠθικῶν ἀρετῶν, τεχνῶν ὅλως παντοίων καὶ ἐπιστημῶν, &c.

Faber P. *Agonist. l.* i. *c.* 31.

Ab Homero, *cujus in omnium vetustarum literarum genere apud omnes auctoritas maxima, &c.*

Falkenburgius *Lect. et Conject. in Nonni Dionys.*

Hoc loco, ubi tam præclara sit dei poëtarum Homeri *mentio, &c.*

Fredericus Urbin. Dux *In Museo suo, inter præstantium virorum imagines, Homero subscripsit (Nathan. Chytr. Variorum in Europâ itinerum deliciis.)*

Homero *Smyrnæo, cujus poësin ob divinam disciplinarum varietatem omnis ætas admirata est, assecutus nemo, gratitudo P.*

Focanus *Dissert. de Studiis.*

Parens ille et fons sapientiæ et ingenuæ omnis doctrinæ Homerus.

Fromondus *Philos. Christ. de Anim. l.* ii. *c.* 5.

Naturæ non minùs quàm carminis consultus Homerus.

Galenus *Exhort. ad Medic. et Artes. c.* 2.

Τοῦτον οἶμαι τὸν χορὸν νοήσας ὁποῖός ἐστιν αὐτῷ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἱπποκράτης καὶ Πλάτων — οὓς ἴσα καὶ τοῖς Θεοῖς σέβομεν, &c.

Gatakerus *Annotat. in Antonin. l.* ix.

Eodem utitur argumento apud principem poëtarum *Phœnix, &c.*

Giphanius *Præfatione Hom. suo præfixâ.*

Jurisconsulti et philosophi, maximè politici hujus poëtæ (Homeri) *versibus tanquam oraculis uti solent.*

Gregorius Naz. *Epist.* 3.

Τὸ λακωνίζειν οὐ τοῦτο ἐστὶν, ὅ περ οἴει, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας· οὕτως ἐγὼ βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον· πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς γράμμασι.

Heinsius *in Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμ.

Humanæ sapientiæ princeps Homerus.

Id. *Lection. Theocrit.*

Ille naturæ genius Homerus.

Id. *Notis in Sil. Ital.*

Elegantiarum pater Homerus. Et rursus, *Elegantissimus omnium hominum* Homerus.

Heliodorus *Æthiop. Hist. l.* iii.

Ὅμηρος, ὦ φίλος, ὑπ᾽ ἄλλων ἄλλοθεν ὀνομαζέσθω, καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις· ἦν δὲ εἰς ἀλήθειαν ἡμεδαπὸς Αἰγύπτιος, καὶ πόλις αὐτῷ Θῆβαι αἱ ἑκατόμπυλοι εἰσι κατ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον, πατὴρ δὲ τῷ μὲν δοκεῖν προφήτης, τὸ δὲ ἀψευδὴς Ἑρμῆς. Et post nonnulla: Ταῦτα μὲν εὖ τε καὶ ἀληθῶς μοι λέγειν ἔδοξας, τεκμαιρομένῳ τῆς τε ποιήσεως τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀνειμένον τε καὶ ἡδονῇ πασῇ σύγκρατον, ὡς Αἰγύπτιον, καὶ τὸ τῆς φύσεως ὑπερέχον, ὡς οὐκ ἂν οὕτω πάντας ὑπερβαλλόμενον, εἰ μή τινος θείας καὶ δαιμονίας ὡς ἀληθῶς μετέσχε καταβολῆς.

Heraclides P. *Allegor. Homer.*

Καὶ κόρος ἐδὲ εἷς (Ὁμήρε sc.) ἄχρι γήρως, ἀλλὰ παυσάμενοι διψῶμεν αὐτε πάλιν· κ̀ σχεδὸν ἓν πέρας Ὁμήρῳ παρ' ἀνθρώποις ὃ κ̀ τε βίε· δι' ὧν σαφὲς οἶμαι κ̀ πᾶσιν εὔδηλον, ὅτι ἐδεμία κηλὶς ἀγαθῶν μύθων τοῖς ἔπεσιν ἐνεσπείρηται, καθαρὰν δὲ κ̀ παντὸς ἁγνεύσαν λύσιν Ἰλιὰς πρώτη, κ̀ μετὰ ταύτην Ὀδύσσεια, σύμφωνον ἑκατέρα, περὶ τῆς ἰδίας εὐσεβείας κέκραγε φωνήν. Οὐκ ἂν ἔγωγε θεοῖσιν ἐπερανίοισι μαχοίμην.

Hermogenes Περὶ ἰδεῶν *To.* ii. περὶ πολιτικοῦ λόγε.

Ἄριςος κατὰ πάντα λόγων εἴδη κ̀ ποιητῶν ἁπάντων κ̀ ῥητόρων κ̀ λογογράφων Ὅμηρος.

Hermolaus Barb. *Epist. adversus Barbaros Philosophos* (*inter Epist. Erasm.*)

Sapientissimus Poëta Homerus *utriusque virtutis laudem ei viro tribuit, in quo sapientissimi principis exemplum pingebat.* Et infra eâdem Epist. *Obsecro te nihil putas sapientiæ esse in* Homero, Virgilio? &c. *annon videntur hi tibi meliùs philosophari — quàm barbari hi cùm rixantur,* &c.

Herodotus *Lib. de vitâ Homeri.*

Καὶ αὐτὸν ἐτίμων, κ̀ ἐν θωύματι εἶχον (*sæpe*) [ii sc. quibuscum versatus est Sed non opus plura addere ex patre historiarum: certè enim satìs amplum et honorificum testimonium præbere censendus est *Herodotus,* cùm integrum libellum de ejus vitâ scripserit.]

Hesyc. Miles. *De Viris doctrinâ claris.*

Ὅμηρος ἱςορεῖται γενέσθαι τυφλὸς, ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται. Idem et *Suid.*

Heurnius *Mod. Stud. Medic. c.* 4.

Homerus *musarum pater, et poëtarum rex.*

Hierocles *in Fragmentis nupèr editis ex Stobæo.*

Τί γὰρ ἂν γένοιτο κρεῖσσον κ̀ ἄρειον κατὰ τὸν θαυμασιώτατον Ὅμηρον, ἢ ὅθ' ὁμοφρονέον τε, &c.

Hieronymus *Ep. ad Paulin.*

Poëtæ æmulantur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.

Id. *Vit. S. Hilarion.*

Porrò mihi tanti ac talis viri conversatio, vitaque dicenda est, ut Homerus *quoque, si adesset, vel invideret materiæ, vel succumberet.*

Himerius *Apud Photium in Biblioth.*

Τὴν δὲ Ὁμήρε τὴν μεγάλην ἠχὼ τί τῶν ἁπάντων ἐξέμηνεν; ἐκ ἀνδρῶν δόξα;

Horatius *De Arte Poët.*

Quantò rectiùs hic, qui nil molitur inepte?
Dic mihi musa virum ———

Id. *l.* i. *Epist.* 2.

Trojani belli scriptorem ———
Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Pleniùs et meliùs Chrysippo *et* Crantore *dicit.*

Humfredus L. *Præfatione in Hom. ad Magdalenenses, præfixâ Hadr. Junii* Ἀμαλθ. Κέρ.

Homerus *autem quibus studiis excipi, quâ benevolentiâ debet? linguâ Græcissimus, antiquitate venerandus, nobilitate clarus, eloquentiâ admirabilis, omnium suffragiis omnium Græcorum optimus maximus. Nihil enim* Homericâ *linguâ ornatius, cultius, elegantius. Et* aliquantò infrà, versùs finem ejusdem Epist. *Commendo igitur vobis* Homerum nostrum —*simili eloquentiâ quasi* Nestorem, *ut poëtarum deum, ut Oratorem,* Quintiliani *judicio, copiâ dicendi, et brevitate etiam admirandum, ut sapientiæ magistrum, ut ducem belli peritissimum, ut regendæ reip. præceptorem, et virum* βουληφόρον.

Jamblichus *De vitâ Pythag.*

Aiunt sc. Pythagoram Χρῆσθαι κὴ Ὁμήρου κὴ Ἡσιόδου λέξεσιν ἐξειλεγμένως πρὸς ἐπανόρθωσιν ψύχης.

Josephus *Contra Apion. l.* i.

Ὅλως παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον.

Isidorus Pelus. *Epist. l.* iv. *Ep.* 30.

Ὅμηρον δὲ, ὃν ἐπὶ γλώττης ἔχεις, μάρτυρα προσβαλοῦμαι, λέγοντα,
Αὐτοδίδακτος εἰμὶ, θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας
Παντοίας ἐνέθηκεν, ἤγουν, ὤπασεν ὀμφάς.
Εἰ τοίνυν ὁ ἐκθειαζόμενος παρὰ σοῦ ποιητὴς,—&c.

Isocrates *Orat. ad Nicoclem.*

Διὸ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καὶ τοὺς πρώτους εὑρόντας τραγῳδίαν ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι κατιδόντες τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων, &c.

Idem *Orat. contra Sophist.*

Ὅμηρος ὁ μεγίστην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ σχών.

Idem *Orat. Panathenaicâ.*

Ὅτι πλεῖον ἀπολελειμμένοι τῶν σῶν εἰσιν ἢ τῆς Ὁμήρου δόξης, οἱ περὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ ποίησιν γεγονότες.

Julian. Imper. *Misopog.*

Ἔφη μοι πολλάκις ὁ παιδαγωγὸς, Ἱπποδρομίας ἐπιθυμεῖς; ἔστι παρ' Ὁμήρῳ δεξιώτατα πεποιημένη· λαβὼν ἐπέξιθι τῷ βιβλίῳ. Τοὺς παντομίμους ἀκούεις

ὀρχηστάς; ἔα χαίρειν αὐτοὺς· ἀνδρικώτερον παρὰ τοῖς Φαίαξιν ὀρχεῖται τὰ μειράκια, σὺ δὲ ἔχεις κιθαρῳδὸν τὸν Φήμιον, καὶ ᾠδὸν τὸν Δημοδοκὸν, &c. [Quid quod ab eo sæpiusculè Ὅμηρος ὁ σοφὸς dicitur.]

Justinianus Imp. *Procem. Pandect.*

Quia vestris temporibus talis legum inventa est permutatio, qualem et apud Homerum *patrem omnis virtutis* Glaucus *et* Diomedes *inter se faciunt dissimilia permutantes.*

Id. *Institut. l.* i. *non procul ab initio.*

Quoties non addimus nomen, cujus sit civitatis, nostrum jus significamus; sicuti cùm poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus, *apud nos* Virgilius.

Justinus Mart. *Cohort. ad Græc.*

Ὡς ἐστιν ἡμῖν ἀπὸ τοῦ κορυφαιοτάτου παρ' ὑμῖν καὶ πρώτου τῶν ποιητῶν Ὁμήρου μανθάνειν.

Id. *ibid.*

Τῷ γὰρ ἑνὶ καὶ πρώτῳ Θεῷ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ κράτος ἁπάντων Ὅμηρος διὰ τῆς χρυσῆς ἐκείνης ἀναφέρει σειρᾶς.

Juvenalis *Sat.* xi.

Conditor Iliadis *cantabitur, atque* Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

Lambinus *in Horat. de Arte Poët.*

Eò maximè admirabilis est Homerus, *quòd nihil est in hujus vitæ consuetudine, morbusque communibus positum, quod non aptissimè, ac pænè dicam divinè expresserit.*

Langbainus *Notis ad Longin. ubi ad illa verba* (Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο) *hæc habet :*

Subjungit hìc et alios summi viri (Homeri *sc.*) *imitatores, quem eruditionis omnis promum condum lubenter agnoscunt antiqui. Rhetoricam ex eo deduxit* Telephus *Pergamensis—ad eum Geographiam refert* Strabo; *ad eum Astronomiam. Et poëtæ patrem suum non inviti appellant, &c.*

Langius Jo. *Epist. Medic. l.* i. *Ep.* 41.

Zoilus *Homeromastix editis aliquot libris* Homerum *omnifariæ doctrinæ fontem apud* Ptolemæum *Ægypti regem calumniatus est.*

Lascaris Const. *Carm.* Εἰς τὸν Ὅμηρον.

—— Διὸς ἔκγονος, ἔδρακεν ὅσσα
Γαῖα, θάλασσα, ἀὴρ, οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει.
[Non ergo, quicquid fama mendax finxerit,
Τυφλός γ' Ὅμηρος, οὔτε νοῦν, οὔτ' ὄμματα.]

Lemnius Si. *Præfat. in Odysseam ad Ann. Montmor.*

Crede mihi, jactat nil Græcia *majus* Homero.

[Et paucis interjectis.]

Smyrnæi *campos miratur* Græcia *vatis,*
Hoc etiam obstupuit decolor Indus *opus.*
Cantaber, *et gelidi Boreâ novêre* Geloni,
Quique bibit Nili *fontibus amnis aquas.*
Exemplis meliùs magno docet ille Platone,
Atque Stagiritæ *clariùs arte senis.*

